AUTHOR:

RIBBACH, WILLY EDUARD

TITLE:

DE ARISTARCHI SAMOTHRACIS ARTE...

PLACE:

NAUMBERG

DATE:

1883

Master Negative #
93-81454-6

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record


Ribbach, Willy Eduard.
...De Aristarchi Samothracis arte grammatica, von ...Dr. Ribbach ... Naumburg a.S., Sieling, 1883.
48 p. 24½ x 20 cm.


"Domgymnasium zu Naumburg a.S. Jahresbericht"...

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11x
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 6/8/93 INITIALS BE
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT




Centimeter
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
mm
1
2
3
4
5
Inches
1.0
1.1
1.25
1.4
1.6
1.8
2.0
2.2
2.5
2.8
3.2
3.6
4.0
4.5
5.0




SIGILLVM · COLLEGII · COLVMBIAE · NOVI · EBORACI
IN LUMINE TUO VIDEBIMUS LUMEN

DOMGYMNASIUM ZU NAUMBURG A/S.

JAHRESBERICHT

OSTERN 1883.

INHALT:

NAUMBURG A/S.
DRUCK VON H. SIELING.

1883. Progr. Nr. 220.

De Aristarchi Samothracis arte grammatica.

Uetustissima Graecae poesis monumenta, carmina Homeri, quam arte fuerint conexa cum omni cuiusuis cultioris Graecorum hominis eruditione et disciplina, cum Graecorum vita et publica et priuata, cum poësi Graecorum quae fuit post Homerum et epica et scaenica, cum eloquentia et quae ei opitulatur arte rhetorica, ut haec omnia ex Homero uelut ex limpido et perenni fonte fluxisse uiderentur, eum qui primoribus saltem labris literarum Graecarum attigerit delicias fugere nequit[1]). Ideo cum tanta esset Homeri gratia et auctoritas, cum primum philosophari Graeci instituerent, et rhetores, qui in laudando et detrectando ingenii acumen exercebant, et sophistae, tortuosarum quaestionum captatores, ex carminibus Homeri adsciverunt copiam sermonum ac minutiarum, quas homines acutuli enodare gaudebant. Ea ratione delati sunt ad quaestionem in philosophorum disputationibus nobilissimam de linguae origine et *φύσει τὰ ὀνόματα* sint *ἢ θέσει* quaeri solitum (cf. Gell. N. A. X, 4). Huius controuersiae multorum studiis contentionibusque nutritae egregium habemus documentum Platonis Cratylum[2]) quo ioca seria miscens quaestionem illam soluere conatus est auctor, quae ab Aristotele optime deinceps profligata est (de interpr. c. 2): *φύσει τῶν ὀνομάτων οὐδέν ἐστιν.* Uerum enim uero *„ad doctrinam augendam“* inutilis fuit illa quaestio, ut recte monet Carolus Lehrs[3]), altera uero, quae priorem excepit cum illa cohaerens quodammodo et deinceps ad secundum p. Chr. n. saeculum uiguit eruditorum ingenia exercens, uberrimum edidit fructum, controuersia de linguae similitudine et dissimilitudine.

Grammatici Alexandrini, cum Ptolemaei reges generis cuiuscunque libros alios aliunde antiquissimos rarissimosque in illum thesaurum suum conquirerent, opera collecta digerere disponere diiudicare studuerunt, quo in munere ita versati sunt, ut praecipue Homero diligentissimam nauarent operam, quod uix quisquam ueterum poëtarum largiora praebebat pabula interpretandi et emendandi arti, cui oppido indulgebant grammatici. Atque, cum ex priorum

[1]) J. F. Lauer, Gesch. d. hom. Poesie. Berlin 1851 p. 5—58. H. Bonitz, Uber d. Ursprung d. hom. Ged. Wien 1872. in.

[2]) Steinthal, Gesch. d. Sprachwiss. p. 76 sqq.

[3]) De Aristarchi stud. Hom. ed. II. p. 42.

temporum siue incuria siue licentia carmina Homeri uestem induissent uersicolorem atque imparem, principes grammatici Alexandrini Zenodotus Aristophanes Aristarchus inconcinnam istam uarietatem, quam ex longa per omnes omnium et doctorum et indoctorum manus peregrinatione traxerant, tollere studuerunt et discrepantias ad criticae artis trutinam expendere carminumque lectionem propius ad genuinam quam putabant suamque formam reuocare conati sunt. Eandem artem eos deinceps traduxisse constat ad alios poëtas epicos tragicos comicos lyricos, item ad historicos oratores medicos. Uerumtamen incassum eos tantos suscepisse labores nemo non intellegit, quandoquidem, nulladum libidinem coërcente lege, lectionem quam quisque potissimam putabat temere textui qui uocatur intrudere potuit. Ideo ipsam linguae naturam et rationem scrutati sunt, ut immensae eius copiae quomodocunque imperare possent, atque primus extitit, cum de Zenodoto Ephesio[4]) dubitetur, Aristophanes Byzantius[5]), qui aequabilitatis legem in lingua dominari pronuntiauit. Id fuit principium noui temporis, certior ratio qua constantior textus forma et Homeri et aliorum, quibus studia impendit Aristophanes, poëtarum Hesiodi Alcaei Pindari Aristophanis cognominis Sophoclis fingi posset. Huius rei, quae deinceps grauissimi momenti fuit, adeo ut eius praestantiam satis praedicare uix possimus, exacta seruauit testimonia Varro in opere de lingua Latina IX § 12 ed. Muell. (Bip. p. 129): *„Aristophanes improbandus, qui potius in quibusdam ueritatem* (i. analogiae) *quam consuetudinem secutus?"* Et lib. X § 68: *„tertium genus* (i. analogiae) *est illud duplex quod dixi, in quo et res et uoces similiter proportione dicuntur ut bonus malus boni mali, de quorum analogia et Aristophanes et alii scripserunt.* Quibus uerbis Varronem dicere, peculiari libro Aristophanem de analogia commentatum esse, censuit Augustus Nauck[6]), cui aduersatus est Steinthalius[7]) nihil Varronis uerbis tradi demonstrans quam Aristophanem compluribus locis analogiae morigeratum esse ut puto in *λέξεσι*[8]) uel *γλώσσαις.*[9]) Quod tamen ne ingeniosius quam rectius disputauerit uir eruditissimus admodum uereor confisus testimonio Varronis exacto, neque, quod Steinthalius putat, eiusmodi opus *περὶ ἀναλογίας* artis perfectioris fuisse specimen quam Aristophanis qua ratione necesse sit satis liquet; nam si licet hariolari adumbrauit Aristophanes rudibus lineis uim et rationem analogiae. Idem tenens iudicium de Aristophanis doctrina grammatica Steinthalius fidem negat Charisio,[10]) qui analogiam ab Aristophane finibus suis circumscriptam esse uerbis a Keilio (p. 116) emendatis tradit: *„analogia est ut Graecis placet συμπλοκὴ λόγων ἀκολούθων, eaque generalis est: specialis uero est, quae spectatur nunc in rebus nunc in dictioni-*

[4]) Wolf, Proleg. cap. XLIII. ed. nou. p. 121. Sengebusch, Diss. Hom. I. p. 21. La Roche, Hom. Textkritik p. 49. W. G. Pluygers, de Zenod. carm. Hom. ed. W. Ribbeck, Zenodotearum quaest. spec. I. Diss. inaug. et in Philol. vol. VIII. IX. Duentzer, de Zenodoti stud. Hom. Gotting. 1848.

[5]) A. Nauck, Arist. Byz. frgm. Wolf, Proleg. c. XLIV. p. 131. Steinthal, Gesch. d. Sprachwiss. p. 444. Sengebusch, Diss. Hom. I. p. 48. La Roche, Hom. Textkrit. p. 54.

[6]) Arist. Byz. fragm. p. 267.

[7]) Gesch. d. Sprachwiss. p. 447. adnot.

[8]) Nauck, Arist. Byz. frgm. p. 69. sqq.

[9]) Ibid. p. 188. sq.

[10]) Inst. gramm. p. 93. Putsch.

bus[11]) *occupata: cui Graeci modum istius modi condiderunt: ἀναλογία ἐστὶ συμπλοκὴ λόγων ἀκολούθων ἐν λέξει. Huic Aristophanes quinque rationes dedit uel ut alii putant sex: primo ut eiusdem sint generis de quibus quaeritur, dein casus, tum exitus, quartum numeri syllabarum, item soni"*[12]). Docuit igitur, ut luculente hunc locum adumbrauit Nauckius, Aristophanes, quarum maxime rerum, ne falsa analogiae specie deciperemur, ratio habenda esset. *„Primo enim loco genus nominis considerandum est, quoniam eaedem saepe terminationes pro generis diuersitate diuersam sequuntur declinationem, deinde, cum saepius fiat, ut diuersorum nominum aut diuersi aut iidem casus in numeris diuersis forte concinant, similitudo ea requiritur, ut iidem casus eiusdem numeri consentiant; porro interdum monosyllaba nomina alias sequuntur regulas, alia polysyllaba, itaque syllabarum ratio habenda est; ultimo loco grauissimus est accentus, quo uno saepe formae discernuntur uisu eaedem re diuersissimae.* Quae secuntur Nauckii dubitationes sitne genuina hoc loco Charisii *exitus* mentio, quam a posterioribus grammaticis male huc intrusam esse opinatur, pluribus ueterum testimoniis refutantur. Primum fragmento libri primi a Caesare de analogia conscripti in Pompei com. art. Donat. segm. XVIII. c. 1.: *analogia fit octo modis: ut sint sex illae partes quae accedant nomini; sex autem accedunt nomini ista: qualitas comparatio genus numerus figura casus. Ecce sex partes. Exitus syllabarum ut sit similis, puta illud in us exit et illud in us... De istis omnibus rebus si unum minus fuerit, iam non stabit ratio analogiae, ait enim Caesar: nisi omnia consentiant inter se, non potest fieri ut nominis similitudo sit.* Deinde Varronis de l. L. X § 21. ed. Muell. qui diserte *exitum* addidit analogiae rationibus: *nominatui ut similis sit nominatus habere debet ut sit eodem genere, specie eadem, sic casu, exitu eodem. Genere, ut si nomen est quod conferas cum quo conferas sit nomen, specie simile ut non solum sed utrumque sit uirile* (hinc apparet recte coniecisse Ed. Luebbertum in thesaur. V quaest. pontifical. adnex., indiligenter supra commutata esse a librariis Varronis uerba *specie* et *genere); casu simile, ut si alterum sit dandi item alterum sit dandi; exitu, ut quas unum habeat extremas litteras easdem alterum habeat.* Tertius qui huc pertinet locus est Herodiani[13]), Aristarchi pedissequi celebris, ex opere *περὶ κλίσεως ὀνομάτων* apud Cramer. An. Oxon. IV. p. 333: *τὸ ὅμοιον ἐν τοῖς ὀνόμασιν ἢ γένει ἢ εἴδει ἢ σχήματι ἢ ἀριθμῷ ἢ τόνῳ ἢ πτώσει ἢ καταλήξει ἐν παρατελευτῷ συλλαβῇ ἐν χρόνῳ ἐν ποσότητι συλλαβῆς πολλάκις δὲ καὶ ἐν ἐπιπλοκῇ συμφώνου· εἰ δὲ παρὰ ταῦτα γένοιτό τι ἀνόμοιος ἡ κλίσις γίνεται.* Secuntur exempla.

Haec sunt ueterum de hac re testimonia sub unum adspectum posita, ex quibus uanam tantummodo et obscuram imaginem doctrinae Aristophanis de analogia peti posse apparet.

[11]) Cod. Neap.: „orationibus". Correxit Christ. Muenchn. gel. Anz. 1859. p. 221. ex Fabr. Donatiani quod fertur fragmento, Mediol. 1503.

[12]) Lersch, Sprachphil. I. p. 62. acriter castigatus a Nauckio, Arist. Byz. frgm. p. 270.

[13]) Suid. s. u. Villoison. Proleg. XXXI. Lehrs, Quaest. ep. p. 53. sqq. et Herodiani scripta tria emend. et De Arist. stud. Hom. ed. II. p. 28. sqq. Beccard, de scholl. in Hom. Il. Ven. p. 42. 69. Graefenhan, Gesch. d. klass. Philol. III. p. 72. La Roche, die Hom. Textkrit. p. 114.

Successit Aristophani analogiae uindex Aristarchus discipulus Samothrax, qui nobilis grammaticorum scholae Alexandriae dux omnium perfectissimum se praestitit grammaticum et criticum adeoque excelluit ingenii acumine sagacitateque inter aequales, ut summam sibi et perpetuam eruditorum deuinciret admirationem. Quem quod inique obiurgauit Philippus Buttmann,[14]) minus miramur, nam Lehrsii libri *de Aristarchi studiis Homericis* et *Quaestiones epicae* nondum prodierant, at permira profecto est Nauckii[15]) sententia: *Aristarchus demum ea seueritate atque adeo uiolentia inconcinnam Homericorum carminum dissimilitudinem exaequare studuit tantoque rigore quae statutis legibus repugnare uiderentur aut correxit aut damnauit.* Immemor fuit Nauckius eorum quae Lehrsius in illis libris optimis docte disseruit de modestia et cautione Aristarchi, qui in re critica usque quaque tanta uersatus est temperantia, ut identidem commonefiamus Quintilianei illius[16]): *modeste tamen et circumspecto iudicio de tantis uiris pronuntiandum est, ne quod plerisque accidit damnent quae non intellegunt.*

De permultis ut trita narremus poetis Graecis optime meritus est Aristarchus munere interpretis critici emendatoris functus: Hesiodo Archilocho Alcmane Alcaeo Anacreonte Pindaro Aeschylo Sophocle Euripide Jone Aristophane, quorum opera maximam partem instruxit commentariis.[17]) Sed primum obtinuit locum studium Homeri, ut grammatici posteriores qui ad studium carminum Homericorum sese conferrent Aristarchi potissimum inniterentur doctrina (cf. Sengebusch. Diss. Hom. I. p. 49). In qua eruenda et restituenda quanto adiuuemur opere subsidio scholiorum Venetorum ad Homeri Iliadem, quae Villoisoni Bekkeri Dindorfii debemus diligentiae eruditissimae, qui extremis tetigerit digitis intellegat necesse est. Exposuit quidem Aristarchi merita de Homero Wolfius summas res generatim persecutus (Prolegg. ad Hom. p. 138. sqq. ed. nou.) deinceps Lehrsius uberrime doctissimeque. Uerum tamen doctrinam Aristarchi grammaticam, quae artissime cohaeret cum arte critica cuius utique fundamentum est, si quis quaerat alicubi copiosius explicatam, ne particulas tantum atque fragmenta perpauca inueniat admodum uereor. Haec res demonstrat, quantilla nobis frustula librorum Aristarchi reliquerit saeculorum decursus, forulorum instar aliquot ex bibliotheca ingenti, cuius integrum adhuc librum seruatum esse, certe quem constet Aristarchi esse, uix est qui credat. Proprium eius opus, puta quod non spectaret artem uel criticam uel grammaticam in poëtae cuiuslibet opere exercendam, nunquam fuisse diuinando assequi licet ex dicto haud illepido, quod ipsius Aristarchi esse refert Porphyrius ad Hor. Epist. II. 1. 257: *se non posse scribere quod uellet nec uelle quod posset.*[18]) Conquirenda igitur est nobis doctrina Aristarchi ex scholiorum congerie

[14]) Lexil. I. ed. IV. p. 144. 233.

[15]) Arist. Byz. fragm. p. 268.

[16]) Institut. orat. X, 1. 26.

[17]) Suid. s. u. *Ἀρίσταρχος,* cuius uerba parum recte interpretatus est F. A. Wolf, Proleg. p. 140. ed. nou. et qui cum Wolfio consentit Bernhardyus, not. ad Suid. l. s. et Gr. Literaturgesch. II. p. 112. quod monuit C. Lehrs, de Arist. stud. Hom. p. 21. ed II. cuius sententiae album adiecit calculum M. Sengebusch, Diss. Hom. I. p. 29. cf. La Roche, Hom. Textkritik. p. 56. Beccard, de scholl. Ven. p. 55.

[18]) Fabric. Biblioth. I. p. 275. Wolf, Prolegg. p. 140. ed. nou.

ad poëtas quos supra enumeraui Graecos, in primis ex scholiis Venetis in Iliadem, ex Eustathio Strabone Athenaeo ex lexicographis ueteribus quorum plurima suppeditant Hesychius et Apollonius sophista. Latinorum scriptorum primo loco nominandus Varro, nonnulla inueniuntur apud Gellium Quintilianum Charisium Priscianum. Consentiunt uno ore omnes de Aristarchi sententia, aequabilitatem dominari debere in lingua Graeca, tollendam esse ubique inaequabilitatem, cuius sectator fuit studiosissimus Crates Mallotes[19]), Pergamenorum grammaticorum princeps. Quapropter contentionem efferbuisse inter grammaticos nobilissimos Aristarchum et Cratetem de analogia et anomalia cantilena, ut ait Curtius Wachsmuth, a nullo non decantata est, nec segniter profecto decertarunt cum magistri tum discipuli[20]). Ac ne nomine quidem eodem quo aduersarius uti uoluit Crates, fastidiosus modesti et sobrii quodammodo nominis *γραμματικός*, et toto caelo diuersam esse putauit et alienam a grammaticorum nugis suam in qua gloriabatur artem criticam, quam ob rem *κριτικός*[21]) appellari uoluit. Aristarcheorum operosam diligentiam in minutiis grammaticis occupatam quanto aspernati sint opere Cratetei, testimonio est epigramma mordacissimum Herodici Babylonii[22]), quo Aristarcheos sugillauit ap. Athenaeum V, 222a:

Φεύγετ' Ἀριστάρχειοι ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης
Ἑλλάδα τῆς ξουθῆς δειλότεροι κεμάδος
Γωνιοβόμβυκες μονοσύλλαβοι οἷσι μέμηλε
Τὸ σφὶν καὶ τὸ σφῷν καὶ τὸ μὶν ἠδὲ τὸ νίν·
Τοῦθ' ὑμῖν εἴη δυσπέμφελον· Ἡροδίκῳ δὲ
Ἑλλὰς ἀεὶ μίμνοι καὶ θεόπαις Βαβυλών·

Quoniam autem in Homericis potissimum studiis neruos suos contendisse Aristarchum constet, unde ingens uiri dimanauit existimatio, ex illis fragmentis in primis eluceat necesse est, quo pacto artem grammaticam tractarit: quam ob rem illorum maxime ratio habenda erit in disputatione nostra de Aristarchi doctrina grammatica, cuius suprema lex fuit analogia.

Carminum Homericorum crisin et interpretationem cum moliretur Aristarchus, Homerum unum fuisse poëtam et auctorem utriusque carminis Iliadis et Odysseae persuasum habuit. De sermone autem Homeri quae Aristarchi fuerit sententia tradidit Apollonius Dyscolus (de pronom.

[19]) Suid. s. uu. *Κράτης Ἀρίσταρχος* Laërt. Diog. IV, 4, 6. Sueton. de ill. gramm. c. 2. Varro de l. L. IX, 1 ed. Muell. VIII, 64. 68. Wolf, Proll. cap. LI. p. 168 sqq. Bernhardy. Gr. Lit. Gesch. II. p. 150. Gell. N. A. II, 25. Steinthal, Gesch. d. Sprachwiss. p. 458 sqq. Sengebusch, Diss. Hom. I. p. 59 sqq. Wachsmuth, Diss. inaug. de Crat. Mall. Bonn 1860. La Roche, Hom. Textkrit. p. 65. Graefenhan, Gesch. d. klass. Phil. I. 415. II. 51. Lersch, Sprachphil. I. p. 69. Lehrs, de Arist. stud. Hom. p. 240. ed. II. Wegener, de aula Attalica p. 102 sqq. G. Hermann, Opuscul. III. p. 272. Thiersch, über Zeitalter u. Vaterland Hom. p. 19. sqq. E. Luebbert, nou. mus. Rhen. XI. p. 438 sq. 1857.

[20]) Gell. N. A. II, 25. Varro de l. L. VIII, 64. 68. IX, 43. ed. Muell. Bernhardy, Encyclop. d. Philol. p. 190. Steinthal, Gesch. d. Sprachwiss. p. 347. 435 sqq. Sengebusch, Diss. Hom. I. p. 59 sqq.

[21]) De vocabulis *γραμματικός κριτικός φιλόλογος* Lehrs, Herodiani scripta tria emend. Anal. gram. p. 377—401. Steinthal, Gesch. d. Sprachwiss. p. 375 sqq.

[22]) Wolf, Prolegg. p. 169. not. 65. ed. nou. Jonsius, Script. Hist. P. II, 13, 6. La Roche, Hom. Textkrit. p. 76 sq.

p. 91), qui Aristarchum censuisse dicit *παρ' Ὁμήρῳ τὰ τοῦ ἑλληνισμοῦ ἠκριβῶσθαι.* De graecismo tradit haec Laërtius Diogenes (Zeno cap. 40): *ἑλληνισμὸς μὲν οὖν ἐστι φράσις ἀδιάπτωτος ἐν τεχνικῇ καὶ μὴ εἰκαίᾳ συνηθείᾳ.* Conferenda scholia in artem grammaticam Dionysii Thracis [23]), Aristarchi discipuli amantissimi, (Fabric. ad Sext. Empir. p. 254.): *ἡ κατορθωμένη λέξις ἑλληνισμὸς καλεῖται καὶ πᾶν τὸ ἐκ τῆς συνειθισμένης λέξεως μετενηνεγμένον βάρβαρον λέγεται.* Quin propria fuit graecismi ars grammatica, uid. Bekk. An. Gr. II. p. 729, 17: *διττὴ δέ ἐστιν ἡ γραμματική· ἡ μὲν γὰρ περὶ τοὺς χαρακτῆρας ..... ἡ δὲ περὶ τὸν ἑλληνισμόν κτἑ.* Hellenismus igitur appellabatur *συνήθεια τεχνική* i. e. consuetudo loquendi arte et ratione fulta atque directa [24]), quam perfectam expletamque omnibus numeris apud Homerum esse Aristarchus censuit. Huc porro referenda Varronis sententia de l. L. IX, 18. ed. Muell.: *quare qui ad consuetudinem nos uocant si ad rectam sequemur, in eo quoque enim est analogia* sq. Consuetudinem autem *certissimam loquendi magistram* appellat Quintilianus Inst. orat. I, 6, 3., qui de analogia deinceps monet haec: *omnia tamen haec* (i. ratio uetustas auctoritas consuetudo) *exigunt acre iudicium: analogia praecipue, quam proxime ex Graeco transferentes in Latinum proportionem uocauerunt. Eius haec uis est, ut id quod dubium est ad aliquid simile de quo non quaeritur referat ut incerta certis probet.* [25])

His in uniuersum praemissis de Aristarchi ratione grammatica lubet paullo diligentius deo bene iuuante anquirere reliquias Aristarcheae doctrinae de analogia grammatica, qua in re eam persequamur uiam, ut primum dicamus de Aristarchi orthographia deinde complectamur quaecunque ex ueterum testimoniis de analogia quae est in declinatione et coniugatione pro uirili parte elicere poterimus. Qua in re difficillima tanta fontium egestate si quid errauerimus aut in falsum detorserimus, forsan eo facilius hominum eruditorum impetremus ueniam quo longiore opus est exercitatione perfectioreque eruditione ad quaestionem tam tetricae ac remotae doctrinae ad liquidum perducendam.

Pars I. De Orthographia.

Ad orthographiam quae nunc est pertinent omnes prosodiae antiquae partes, quae erant quinque. Ac primum quidem quaerebatur, qua ratione uocalibus et literae *ρ* spirituum notae appingi deberent, deinde quae uerba coniunctim quae disiunctim scribenda essent, quod ut significarent ueteres signis utebantur *ὑφέν* et *ὑποδιαστολή*, de quibus scholia in Dion. Thrac. produnt haec ap. Bekk. An. Gr. II, p. 675: *ἡ δὲ ὑφὲν τίθεται ὅταν δύο λέξεις ἐν τῷ ἅμα ὀφείλωσι λέγεσθαι οἷον φιλό‿θεος ἀρχι‿στράτηγος καὶ τὰ ὅμοια.* Cf. p. 699. *ἡ δὲ διαστολὴ*

23) Beccard, de scholl. Ven. p. 58. Schmidt, Philol. VII. VIII. Graefenhan, Gesch. d. klass. Phil. I. p. 403. La Roche, Hom. Textkrit. p. 70.

24) Sext. Empir. adu. math. I. 179.

25) Theodos. Alexandrin. ed. Göttling. p. 204: *ἀναλογίαν δέ φημι τὴν τῶν ὁμοίων παράθεσιν.*

τίθεται ὅταν διαστεῖλαι καὶ διαχωρίσαι ὀφείλωμέν τινα λέξιν οἷον ἔστιν, ἄξιος. cf. p. 703. Ne quis legat *ἔστι Νάξιος* hypodiastoles nota uocabula distinguenda erant, cum perpetuus literarum ductus lectionem aptam admodum impediret. Eodem pertinebant praecepta de uocalibus ancipitibus *α, ι, υ* (*δίχρονα*) uel producendis uel corripiendis [26]), tum quae uocabula habeant iota subscriptum, quod ad duodecimum p. Chr. n. saeculum iuxta uocales positum uocabatur iota adscriptum, denique doctrina de accentibus [27]). Hunc igitur ordinem quantum fieri potest sequamur in dissertatione de singulis orthographiae partibus.

Ueterum grammaticorum scripta de orthographia aetas Musis inuisa abstulit praeter unum Choerobosci grammatici Byzantini quod extat apud Cramerum An. Ox. II. [28]) Atque duplex fuit orthographiae uis: *Δύο σημαίνει τὸ τῆς ὀρθογραφίας ὄνομα· ὀρθογραφία ἐστὶν ἡ ὀρθῶς γεγραμμένη λέξις καὶ πάλιν ὀρθογραφία ἐστὶν ὁ κανὼν ὁ ἀποδοτικὸς καὶ ἀποδεικτικὸς τῆς ὀρθῶς γεγραμμένης λέξεως κτἑ.* Definitur etiam apud Cramer. An. Ox. IV, 331. 21: *ὀρθογραφία ἐστὶν ἡ κατὰ λέξιν ἠκριβωμένη γραφή.* Atque analogiae rationem a ueteribus in orthographia obseruatam esse exactis quae secuntur edocemur testimoniis: Theodos. Alexandrin. p. 62 ed. Goettling. *εἰσὶ δὲ κανόνες τῆς ὀρθογραφίας τέσσαρες· ἀναλογία διάλεκτος ἐτυμολογία καὶ ἱστορία.* Etymol. Gud. s. u. *Σήμερον· κατὰ ποῖον κανόνα τῆς ὀρθογραφίας; κατὰ ἱστορίαν· καὶ πόσοι κανόνες; τέσσαρες· ἀναλογία ἐτυμολογία διάλεκτος ἱστορία· τί ἐστιν ἀναλογία; ἡνίκα κατορθῶμεν γραφὴν ἢ ὅταν κανόνα ἀποδῶμεν.* [29]) Fragmentum Characis *de orthographia* seruatum est ab etymologo s. u. *χίλιοι: ὅτι* (*ante ὅτι subaudiendum σημείωσαι aut aliud eiusmodi, quae ellipsis passim obuia in excerptis.* Sylburg.) *τεσσάρων ὄντων τῆς ὀρθογραφίας κανόνων· ἡ μὲν ἀναλογία τῷ τεχνικῷ ἐστι κανόνων ἀπόδοσις. κτἑ.* Sed age pergamus ad reliquias doctrinae Aristarcheae, quae quo pacto in orthographia analogiae rationem ualere uoluerit Aristarchus demonstrent. Qua de re F. A. Wolfius ait [30]) haec: *in uirtutibus eius* (i. Aristarchi) *fuit acumen eximium, quo grammaticam rationem omnem, doctrinam accentuum et reliquam orthographiam ad leges constantis analogiae constituit.*

§ 1. De spiritu.

Scholion Herodiani I, 6 tradit, Niciam [31]) et Pamphilum [32]) grammaticos aduerbium *ἄμυδις* spiritu aspero notasse analogia aduerbii *ἅμα* commotos, leni contra spiritu Ptolemaeum Ascalonitam [33]) et Alexionis [34]) discipulos, Aristarcheorum secutos iudicium. Illos enim dudum legisse

26) Lehrs, Herodiani scripta tria em. p. 337—375. 402 sqq. Cramer, An. Ox. p. 267 sq. 282—301.

27) Scholl. in Dion. Thr. gramm. ap. Bekk. An. Gr. II. p. 674.

28) La Roche, Hom. Untersuch. p. 170.

29) Cramer, An. Ox. IV, 331, 31. Bekk., An. Gr. III. p. 1127. not.

30) Prolegg. c. XLVIII p. 149. ed. nou.

31) Beccard, de scholl. etc. p. 75. La Roche, Hom. Textkrit. p. 109. 162.

32) Graefenhan, Gesch. etc. III. 56. Beccard, p. 77. La Roche, p. 111. 126.

33) Graefenhan, III. 37. Beccard, p. 71. Sengebusch, I. 38. La Roche, p. 72.

34) Beccard, p. 77. La Roche, 110. 162.

ἄμυδις[35]), καθότι, φασί, φιλεῖ πως τὰ ἀπὸ δασέων πολλάκις μετασχηματιζόμενα ψιλοῦσθαι, ἡμέρα ἦμαρ ἡδονή ἦδος; id quod dialecti Aeolicae fuisse proprium scimus. Quae secuntur proprio Marte ad fulciendum Aristarcheorum de hac re iudicium Herodianus excogitauisse videtur ex more suo qui pluribus scholiorum locis apparet. Haec igitur fuit Aristarcheorum analogia: ut ἡμέρα ἦμαρ et ἡδονή ἦδος ita ἅμα ἄμυδις[36]), quae quin etiam magistri fuerit uix erit qui dubitet[37]). Ex scholiis ad *O*, 365 discrepantiam fuisse cognoscimus de spiritu adiectiui ἤϊος inter Aristarchum et Crateteos. Ille ἤϊος a uerbo ἱέναι deriuatum arbitratus spiritum asperum adiecit, Cratetei contra, qui a uerbo ἰᾶσθαι duxerunt, lenem praetulerunt. cf. schol. *B* ad *Y*, 152. Etym. M. 469, 52: ὥς ῥα σὺ ἤϊε Φοῖβε· Ἀρίσταρχος δασύνει, ἐπεὶ παρὰ τὸ ἵημι ἐγένετο· οἱ δὲ ψιλοῦσιν ἀπὸ τῆς ἰάσεως· κτἑ. Secundum Crateteos igitur Apollon medicus, quod non est Apollon Homeri, sed apud Homerum deorum medicus est Paeeon cf. *E*, 401. 899. *δ*, 232. Saepe contra Apollon apud Homerum nominatur ἑκηβόλος ἑκατηβόλος ἕκατος ἀφήτωρ ἑκάεργος, quid mirum quod Aristarchus adiectiuum ἤϊος ab ἱέναι uerbi radice deriuauit significans eum qui sagittas mittit atque hanc analogiam secutus spiritum dedit. Discipulus doctior Herodianus aspirationem reicit obseruatione prolata, ὅτι ὁ χαρακτὴρ μάχεται· ἀεὶ γὰρ τὸ η πρὸ φωνήεντος ψιλοῦται sicut ἠώς ἤϊα, ἥλιος, sed ἠέλιος. Egregiam, Lehrsius ait, Herodiani regulam nesciuit Aristarchus[38]); uerum etymon neque Aristarchus neque Cratetei sed nostris demum temporibus Goebelius uidit in Lexilogo 1, 46 sqq., ut ἤϊος sit canorus[39]). Itidem iure Herodianus obloquitur Aristarcho, qui uerbi ἄρω formas ἄρσας et ἄρθεν spiritu aspero notandas esse censuit. Qua in re analogiam substantiui ἅρμα secutus est, quod ab ἄρω ductum esse uidit. Quod mirum certe. Nam rectius tum sustantiuo deriuato ἅρμα spiritum lenem dedisset. cf. schol. Herodiani *A*, 136: ἄρσαντες· Ἀρίσταρχος δασύνει· ἔνθεν γάρ φησι γεγονέναι καὶ τὸ ἅρμα. schol. *Π*, 211. Cramer. An. Par. III, 274, 32. III, 334, 27. Eust. p. 67, 3. Ἀρίσταρχος δασύνει τὸ ἄρσαντες λέγων ἐξ αὐτοῦ γενέσθαι τὸ ἅρμα. Secuti sunt Aristarchi sententiam alii grammatici, qui non contenti analogia magistri aliam inuenerunt rationem artificiosiorem, cuius uestigia tradit Etym. M. p. 149, 36: ἄρσαντες ..... ἀπὸ τοῦ ἁρμόζω ἁρμόσω ἥρμοσα· ἡ μετοχὴ ἁρμόσας ἁρμόσαντες καὶ κατὰ συγκοπὴν ἄρσαντες (sic enim hoc loco scrib.) cf. Etym. Gud. p. 81, 3. La Roche. Textkr. p. 205. Herodianus contra repudiauit hanc barbaricam syncopes rationem et spiritum lenem dedit λέγων ἀπὸ τοῦ ἄρω, οὗ ὁ μέλλων Αἰολικῶς ἄρσω. Alia dissensio fuit inter grammaticos de spiritu formae ειατο. Aristophanes uoluit εἵατο (schol. *Ω*, 84.) i. e. ἧντο, imperf. uerbi ἧσθαι. Secutus est eum Herodianus (schol. *O*, 10.), Aristarchus autem uoluit εἴατο analogiam uerbi εἶναι secutus

---

[35]) Schol. δ, 659 et *M*, 385. *N*, 336.

[36]) Lehrs, de Arist. etc. p. 331. ed. II. La Roche, Textkrit. p. 190. sq.

[37]) Scholl. Didymi *Y*, 114. Herodiani *A*, 576. δ, 659. schol. L ad *K*, 300. Cramer. An. Paris. III. 290. 31. Eust. 806, 49. 1212, 5. 732, 30. Etym. M. 420, 34.

[38]) De Arist. stud. Hom. p. 331. ed. nou.

[39]) Anton, Etymol. Erklär. homer. Wörter I. p. 77. Erfurt 1882.

(schol. *B*. *O*, 10.) tribus locis *O*, 10. *Ω*, 84. *υ*, 106. ut esset imperfectum medii, quam formam Buttmannus[40]) inauditam esse dicit, Curtius[41]) non sine haesitatione annotat.

Quater legimus apud Homerum aduerbium αδην; ter α breue est legibus metricis, *N*, 315. ubi typographi errore lenis spiritus in editione J. Bekkeri 1858 positus est; *T*, 423. ε, 290. semel longum esse debet *E*, 203, quod ut fieret, Niciam ἄδδην scripsisse tradit scholiasta, Aristarchum autem una litera δ et cum spiritu aspero et breui syllaba prima: ἅδην, cf. Cram. An. Par. III, 207, 12, qua in re analogiam uocabulorum ab eadem radice *ΑΔ* deriuatorum atque sensu congruentium ἅδε et ἅδος secutus sit. Obseruationem de spiritu Herodiani tradit schol. *E*, 203, pleniorem schol. *Λ*, 88, hanc, haec uerba spiritu aspero notari nisi α sit α quod dicitur priuatiuum ut in ἀδαής ἀδρανής ἀδευκής. Rectam spiritus asperi rationem docet Jacobus La Roche[42]); syllabae primae litera α haud dubie anceps fuit, quod explicat correptionem uolgarem, cf. Eust. 833, 13. qui α δίχρονον esse tradit[43]). Aristarchi igitur analogia fuit ἅδε *M*, 80. ἅδος *Λ*, 88. ἅδην, quam fulciunt formae radicis *ΑΔ* uelut ἁδηκότες *K* 98, 312, 399, 471, *μ* 281. ἁδήσειεν α 134.

§ 2. De interaspiratione.

Quid egissent grammatici antiqui, qui in mediis uocabulis spirituum signa collocabant bene Lehrsius exposuit his uerbis[44]): *si de uerbo aliquo uel alii dubitauerant uel uidebatur dubitari posse, utrum illud compositum sit an minus, utrum cum uoce a leni spiritu incipienti compositum an ab aspero, quid ipsis uideretur illorum signorum ope adhibita indicabant.* Exemplorum, quae huc pertineant, ex reliquiis Aristarcheis numerus paruus, minor eorum quae speciem quandam analogiae praebeant, ut ratio cur Aristarchus ita scripserit appareat. Sed non prorsus desunt. Accusatiui ἐξεσίην syllabae secundae Aristarchum aspirationis notam appinxisse tradit Herodiani schol. *Ω* 235. Idem scripsit *N* 381 συνῴμεθα et haud dubie *A* 8 ξυνἕηκε. A futuro uerbi ἵημι ἥσω (*P* 515) Aristarchus nomina substantiua ἑσία et ἐξεσία (φ 20) deriuata esse uidit eadem ratione qua a futuro θήσω θεσία et συνθεσία (*B* 339), quod ut significaret interaspirationem posuit. Herodianus analogiae plenioris studiosus ad confirmandam analogiam addit: παρὰ δὲ τοὺς μέλλοντας ὁριστικοὺς ἐγένετο τὰ τοιαῦτα ὀνόματα οὐ παρ' ἐνεστῶτας ἀπαρεμφάτου ἐγκλίσεως. θύσω γοῦν θυσία, ἄξω ἀξία, δώσω δοσία προδώσω προδοσία· οὕτως οὖν καὶ παρὰ τὸν ἥσω ἑσία καὶ ἐξεσία[45]). Eadem de causa Aristarchus scripsit συνῴμεθα, schol. Herodiaui *N* 381: τοῦτο Ἀρίσταρχος δασύνει, ὑγιῶς· ἐσχημάτισται γὰρ ἀπὸ τοῦ ἵημι. Hoc uerbum autem aspirandum esse docet forma ἀφῶμεν sim.

---

[40]) Ausführl. Sprachl. I, § 108. 1830.

[41]) Griech. Gramm. § 315. D.

[42]) Hom. Textkrit. p. 180.

[43]) Buttmann, Lexil. II. 86. 8. p. 117. 1860. Lehrs, Herodian. scr. tria em. p. 229. 261.

[44]) De Arist. stud. Hom. p. 311. ed. II.

[45]) Lehrs, Herodian. p. 333. Eust. 1347, 28. Lehrs, Arist. p. 306. La Roche, Textkrit., p. 418 sq.

Per analogiam uerbi ἕπω Aristarchum scripsisse δίεπ᾽ docet schol. Herodiani Ω 247: δασέως δίεπ᾽ παρὰ τὸ ἕπω δασυνόμενον. οὕτως καὶ Ἀρίσταρχος καὶ οἱ πλείους. κτἑ. Lehrs. Arist. p. 306. schol. Β 207. Adiectiuo ἀεκήλια per analogiam simplicis ἕκηλος spiritum asperum adsciuit Aristarchus; schol. Σ 77. ὁ Ἀσκαλωνίτης ἀεκήλια οἷον οὐχ ἥσυχα, ἐπεὶ ἕκηλος ὁ ἥσυχος, ὥστε στέρησιν αὐτὸν ἐκδέχεσθαι· οὕτως δὲ καὶ Ἀρίσταρχος οἷον ταραχώδη κτἑ [46]).

Adiectiuum κοτυλἤρυτον Aristarchus cum spiritu leni scripsit, quod a uerbo ἀρύω, non a ῥέω ut alii contenderunt deriuatum esset; schol. Aristonici Ψ 34: ψιλῶς προενεκτέον κοτυλήρυτον· οὐ γὰρ ἀπὸ τῆς ῥύσεως ἀλλ᾽ ἀπὸ τοῦ ἀρύσαι. Idem tradit ueriloquium Etym. Gud. p. 341, 20.

Leuia fortasse de quibus agimus atque flocci facienda nunc nobis uidentur, sed ueteribus grammaticis haec minime extra disceptationem posita fuisse scholl. Ν 381. Ω 235. 247. testes.

§ 3. De uocabulis uel coniunctim uel disiunctim scribendis.

Disceptabant grammatici, utrum ὀνομακλυτος unum uerbum scribendum esset an seiunctim. Herodianus ad Χ 51: τὸ ὀνομάκλυτος ὡς τοξόκλυτος· οὕτως δὲ καὶ Ἀρίσταρχος κτἑ. Schol. B ad h. l. Ἀρίσταρχος ὑφ᾽ ἓν ὡς πασιμέλουσα (μ 70)· ἐν δὲ Ὀδυσσείᾳ (τ 183) ὄνομα κλυτὸς Αἴθων κατὰ παράθεσιν· εἰ δέ, φασίν (Buttmann. Lexil. II. 106. p. 226. ed. II. legendum esse φησίν uidit), οὐκ ἔστιν ἐξ οὐδετέρου καὶ ἀρσενικοῦ σύνθετον, τί ἐστι τὸ Ἀστυάναξ καὶ ποιηματογράφος; κατὰ σύνθεσιν οὖν ἐστιν ὡς τὸ τοξόκλυτος παρὰ Πινδάρῳ. His collatis cum scholiis α 30. Κ 109. ζ 22. η 39. Buttmannus apparere dicit l. s., adiectiuum κλυτός, si uocabulum πτωτικόν i. e. quod declinari possit, anteponatur, ἐν συνθέσει esse i. e. uerum et germanum adiectiuum compositum fieri, quapropter accentus recedat, ut in τοξόκλυτος ὀνομάκλυτος, sin antecedat uocabulum indeclinabile uel casus obliquus, ἐν παραθέσει (cf. schol. α 30 fin.) esse uel κατὰ παράθεσιν (cf. schol. Χ 51.), quam ob rem accentus adiectiui κλυτός retineatur ut περικλυτός τηλεκλυτός ἀγακλυτός. Idcirco schol. B ad Χ 51: ὀνομάκλυτος Ἀρίσταρχος ὑφ᾽ ἓν ὡς πασιμέλουσα non recte se habere Buttmannus pergit, etenim ὀνομάκλυτος esse ἐν συνθέσει, πασιμέλουσα autem ἐν παραθέσει. Ergo abiudicanda ab Aristarcho analogia quam proponit schol. B ad Χ 51, recte autem Aristarchus analogiam quae est inter adiectiua ὀνομάκλυτος et τοξόκλυτος secutus est. Eandem de adiectiuis κλυτός et κλειτός tradit obseruationem Cramer. Epim. 368, 12. Etym. M. 215, 21. sqq.

Plura edidit Aristarchus composita. Schol. BL ad Α 59: ὑφ᾽ ἓν Ἀρίσταρχος τὸ παλιμπλαγχθέντας· similiter participium παλινορμένω unum uerbum scriptum esse ab eodem tradit Herodianus ad Λ 326: Τυραννίων [47]) δύο ποιεῖ, ὁ δὲ Ἑρμαπίας [48]) σύνθετον ἐκδέχεται καὶ

---

[46]) Lehrs, Herodian. p. 306.

[47]) Beccard, de scholl. etc. p. 74. Graefenhan, Gesch. I. p. 404. H. Planer, De Tyrannione gramm. La Roche, Textkrit. p. 80. 108. Sengebusch, Diss. Hom. I. p. 33.

[48]) La Roche, Textkrit. p. 111.

Ἀρίσταρχος. Herodianus bis in scholl. Λ 326. et Π 95, dicit se de adverbio πάλιν cum participiis coniuncto ad u. Α 59. egisse, nihil tamen eiusmodi ad Α 59. legitur praeter haec uerba paulo obscuriora: παλιμπλαγχθέντας· οὐκ ἐκ ῥήματος δὲ ἡ σύνθεσις τῆς μετοχῆς ἀλλὰ συντέθειται διὰ τὸ ἂψ ἀπονοστήσειν. Quae perspicua fiunt si Lehrsium sequeris, qui Herodianea illa, quae desunt ad Α 59, transiisse dicit [49]) in Etym. M. p. 649, 13. ubi traditur consuetudo Homerica quam Aristarchus in his participiis scribendis secutus esse uidetur: λέγουσιν οὖν ὅτι τὸ παλιμπλαγχθέντας ἐν τῇ συνθέσει ἐστί· καὶ γὰρ ὁ ποιητὴς ἔθος ἔχει τὰς συνθέτους λέξεις διαλύειν· οἷον κηρεσσιφορήτους, οὓς κῆρες φορέουσι (Θ 527), γρηὸς πυκιμηδέος (α 438), εἶτα διαλύων τὴν σύνθεσιν ἐπιφέρει πυκινὰ φρεσὶ μήδε᾽ ἐχούσης (τ 353)· εἰ ἄρα οὖν τὸ παλιμπλαγχθέντας διέλυσεν εἰπὼν ἂψ ἀπονοστήσειν, δῆλον ὅτι ἐν συνθέσει ἐστίν. Unde non abludunt Herodiani uerba ad Θ 527, ubi qua ratione Aristarchus cum plerisque κηρεσσιφορήτους unum uerbum ediderit cum nesciat, diuinando assequi uolt: συνθέτως ἀνέγνω ὁ Ἀρίσταρχος καὶ οἱ πλείους, ἴσως δὲ ἐπεὶ ἀναλύει αὐτὸ· οὓς κῆρες φορέουσι· ἔθος γὰρ αὐτῷ πολλάκις τὰ σύνθετα διαλύειν. Quae secuntur ad Aristarchum non pertinent sed ab Herodiano proprio Marte excogitata uidentur.

Praepositionem ἐπί Aristarchus composuit in his uerbis: ἐπιμείλια· Herodianus ad I 147: Ἀρίσταρχος ἓν μέρος λόγου παρέλαβεν ὡς ἐπιφέρνια. Ε 178 ἐπὶ μῆνις· Ἀρίσταρχος παρολκὴν οἴεται τῆς ἐπί, ὁμοίως τῷ ἐπισμυγερῶς (γ 195) καὶ βοῶν ἐπιβουκόλος ἀνήρ (ibid. 422). Ν 450 ἐπίουρος· Ζηνόδοτος ὡς ἐπίκουρος, ἐκδεχόμενος βασιλέα καὶ φύλακα· καὶ Ἀρίσταρχος δὲ οὕτως ἐκδεχόμενος τὸν φύλακα κτἑ. cf. Lehrs. de Arist. stud. Hom. p. 107. 313. Horum analogiam Aristarchus tutatus est cum scriberet ἐπίηρα (τ 343. Α 572. Buttmann. Lexil. I, 38 p. 141. ed. IV), cuius rei testis Apollonius sophista (Lex. Hom. p. 73, 11. Bekk.). Cum his conferas Herodiani scholion ad Κ 38: Ἀρίσταρχος ἐπίσκοπον ὡς κατάσκοπον (uerba ἐπίσκοπον ὡς inseruit Lehrsius, Herod. scr. tr. em. p. 256)· Νικίας δὲ ἀναστρέφει τὴν ἐπί, ἵν᾽ ᾖ ἐπὶ Τρώεσσιν· εἰσὶ δὲ οἳ ἀνεγνώκασιν ἐπισκοπόν ὡς ἀγακλυτόν, ἵνα παρέλκῃ ἡ ἐπί· ἄμεινον δὲ Ἀριστάρχῳ συγκατατίθεσθαι· καὶ γὰρ ἤδη ἡ συνήθεια ἐπίσταται τὴν τοιαύτην σύνθεσιν (ϑ 163.). Hanc consuetudinem Aristarchus uel contra rationem seruauit ἐπίηρα scribens ut ἐπιμείλια ἐπίουρος ἐπίμηνις, nam ἦρα disiunctim scriptum legitur γ 164. π 375. σ 56. Ξ 132. quod Herodianum non fugit, qui annotat ad Α 572: Ἀρίσταρχος ὑφ᾽ ἓν κατ᾽ ὀρθὴν σημασίαν τὸ ἐπίηρα καὶ ἐπεκράτησεν ἡ Ἀριστάρχου καίτοι λόγον οὐκ ἔχουσα·

Plerique grammatici, ubicunque coniunctionem καί excepit pronomen ἐκεῖνος, coniunctim scripserunt κἀκεῖνος; reprehenduntur autem ab Aristarcho, cuius obseruationem tradunt scholl. EHMQ ad α 177, forma trisyllaba pronominis ἐκεῖνος Homerum non usum esse nisi metro postulante: ἐπεὶ καὶ κεῖνος· ἐκ πλήρους ὁ καί, τῇ γὰρ ἐκεῖνος οὐ χρῆται εἰ μὴ ἀναγκασθῇ ὑπὸ μέτρου· οὕτως Ἀρίσταρχος. Praeterea κεῖνος forma Ionica fuit, quas in Homeri carminibus locum habere uix ignorabat Aristarchus. cf. schol. Didymi ad Ο 94: ἐκείνου· Ἀρίσταρχος κείνου

---

[49]) Herodiani scr. tr. em. p. 264.

Ἰακῶς. Teste eodem Aristarchus scripsit κεῖνος Ο 179. κείνῳ Ο 45. κεῖνον Π 648. σ 150. καὶ κεῖσε α 260. καὶ κεῖθι Γ 402. Μ 348. ο 181. καὶ κεῖθεν Φ 62. δ 519. cf. Bekk. Hom. Bl. I. p. 154. Similiter Aristarchus νέρθε non ἔνερθε scribendum esse censuit, cf. schol. Didymi Υ 57: αὐτὰρ ἔνερθε· Ἀρίσταρχος Ἰακῶς αὐτὰρ νέρθε. Ε 898: νέρτερος· οὕτως Ἀρίσταρχος, ὁ δὲ Ζηνόδοτος ἐνέρτερος· quod tamen scholion num recte se habeat dubitandum cf. La Roche. Hom. Textkrit. p. 255.

§ 4. De consonis non mutandis cumulandisue.

Ad scientiam recte scribendi pertinebat quaestio, litera ν subsequentibus literis σ λ δ assimulanda sit necne. Haud pauca extant testimonia, Aristarchum literam ν mutandam esse negauisse, quam ob rem scripsit πανσυδίῃ, non πασσυδίῃ, atque praepositio ἀνά composita cum uerbis ubique ultima uocali abiecta consonantem ν retinuit. En testimonia: schol. Didymi ad Β 12: πανσυδίῃ: οὕτως διὰ τοῦ ν τὸ πανσυδίῃ ὁ Ἀρίσταρχος καὶ τὰ παραπλήσια τούτοις „ἄνστησον“ (Κ 176) καὶ „τάχα δ' ἀνσχήσεσθαι ἔμελλεν“ (Β 694). κἀν ταῖς πλείοσι δὲ καὶ χαριεστέραις τῶν ἐκδόσεων πάντῃ κατὰ στρατὸν[50]) οὕτως εἶχον. Schol. L ad h. l διὰ τοῦ ν, ὡς ἀνστήτην (Α 305) κατὰ Ἀρίσταρχον. cf. schol. BL ad Α 305: ἀνστήτην: ὥςπερ ἀνασχεθέειν ἀνσχεθέειν, οὕτως ἀναστήτην ἀνστήτην. Scholia Didymi ad Κ 32: οὕτως Ἀρίσταρχος διὰ τοῦ ν ἀνστήσων. et ad Κ 176: οὕτως διὰ τοῖ η (sic scholia ed. Bekker. scribe τοῦ ν) ἄνστησον αἱ Ἀριστάρχου. Ε 104: ἀνσχήσεσθαι: Ἀρίσταρχος ἂν σχήσεσθαι (sic scripsit Bekk. cf. La Roche. Hom. Textkrit. p. 394.). Ω 518: οὕτως Ἀρίσταρχος κἀκ' ἄνσχεο. Ο 64: οὕτως, „ἀνστήσει ὅν“ αἱ Ἀριστάρχου· τινὲς δὲ ἀνστήσειεν διὰ τοῦ ε. Ν 225: οὕτως διὰ τοῦ ν ἀνδύεται αἱ Ἀριστάρχου. Schol. V ad h. l. τινὲς δὲ γράφουσιν ἀδδύεται. Scholl. ABV Didymi ad Φ 321: ὁ δὲ Ἀρίσταρχος διὰ τοῦ ν ἀνλέξαι ἀντὶ τοῦ ἀλλέξαι. Φ 347: Ἀρίσταρχος ἀνξηράνῃ (scr. ἀνξηράνῃ. cf. Annotat. crit. Bekk. ad h. l.)[51]).

Literas consonas cumulari Aristarchus uetuit, quocirca ν paragogum omittendum esse censuit subsequentibus una uel duabus literis consonis; cui rei testimonio est scholion Didymi ad Θ 337: Ἕκτωρ δ'ἐν πρώτοισι: αἱ Ἀριστάρχου χωρὶς τοῦ ν Ἕκτωρ δὲ πρώτοισι. Aristarchus praepositionem extrusit, quod eo facilius fieri posse censuit, quod datiuum sine praepositione loci significationem praebere existimauit cf. schol. HP ad ζ 8: εἶσεν δ' ἐν Σχερίῃ: ἔξω τοῦ ν αἱ Ἀριστάρχειοι, οὐχ ὥς τινες ἐν Σχερίῃ (La Roche, Hom. Untersuch. p. 275. Hom. Textkrit. p. 393.). Buttmannus: „apparet Aristarchum scripsisse ΔΕ pro uolgato ΔΕΝ. Et εἶσε δὲ Σχερίῃ est etiam in schol. ad ι 345.“ Lectiones simili ratione ab Aristarcho constitutas tradunt schol. HM ad γ 41: χρυσέῳ ἐν δέπαϊ: χωρὶς τοῦ ἐν αἱ Ἀριστάρχου καὶ σχεδὸν ἅπασαι χρυσείῳ δέπαϊ. Ξ 202: οἵ με σφοῖσι: οὕτως Ἀρίσταρχος· ἄλλοι δὲ οἵ μ' ἐν

[50]) uerba πάντῃ κατὰ στρατὸν corrupta M. Schmidt. (Didym. Chalc. frgm. ad h. l.) uncis inclusit; praeoptes πάντῃ κατ' Ἀρίσταρχον. cf. La Roche, Hom. Textkrit. p. 98.

[51]) A. Nauck, Arist. Byz. frgm. p. 38. M. Schmidt, Did. Chalc. p. 171.

σφοῖσι. cf. Ξ 303: οἵ με σφοῖσι: γράφεται οἵ μ' ἐν σφοῖσι. Σ 568: πλεκτοῖσιν ταλάροισιν lectio Aristarchi, non πλεκτοῖς ἐν ταλάροισιν. Σ 579 in altera Aristarchi editione[52]) erat δύο πρώτῃσι, non δύ' ἐν πρώτῃσι. cf. schol. ad h. l. Forsitan quispiam dixerit repugnare illis scholion Didymi ad Π 775: Ἀρίσταρχος ὁ δ' ἐν στροφάλιγγι σὺν τῷ ν (idem uersus tantum non ad uerbum iterum occurrit ω 39). Uideat ne quid detrimenti capiat. Circumspiciat exacta testimonia supra proposita atque reputet, cum in codice scriptum sit ἀριστ ὁ δ' ἐν στροφάλιγγι σὺν τῷ ν, quotiens a scholiastis Aristarchi et Aristophanis confundantur nomina, quode uideant tirones Mauricium Schmidt in Didymi Chalc. fragm., denique schol. ACDES Ven.B. Harl. Lips. Mor. ad Π 775 lectionem δὲ στροφάλιγγι quam exspectes tradunt (cf. La Roche. Hom. Unters. p. 275.). Minime exhausimus copiam testimoniorum quibus confirmetur Aristarchum consonarum cumulationem non probasse. Schol. Didymi ad Ν 713: σφι σταδίῃ: οὕτως Ἀρίσταρχος χωρὶς τοῦ ν σφι· Ἀριστοφάνης δὲ σὺν τῷ ν. quocum cf. schol. V. ad Ι 236: σφι Κρονίδης: τὸ δὲ σφί δίχα τοῦ ν. Porro huc pertinet Aristarchi lectio μέν τι σχεδόν, non μέν τις σχεδόν Ο 337. In scholiis Ψ 281: ὅ σφωιν: οὕτως δι' ἑνὸς σ ὡς τὸ ὅ σφιν ἐυφρονέων ἀγορήσατο (Α 73), et Α 73: ὅ σφιν: οὕτως διὰ τοῦ ἑνὸς σ, quibuscum conferendum schol. Α 336: ὃ σφῶι: διὰ τοῦ ἑνὸς σ ὃ σφῶι, lubrico illi οὕτως Didymi fidem habendam esse, i. e. Didymum illo uocabulo, quod in initio scholiorum eius legimus plerumque, Aristarcheas tradere lectiones discimus ex Crameri Epimerismis 306, 28: ἔνθεν Ἀρίσταρχος εἰδὼς ὅτι ὁ ποιητὴς προτακτικῷ χρῆται ἀντὶ ὑποτακτικῶν τὸ „ὃ σφῶι προΐει“ (Α 336) καὶ „ὅ σφιν εὖ φρονέων“ (Α 73. 253.) δι' ἑνὸς σ. cf. Etym. M. 614, 22. Aristarchus ut consonantium cumulationem effugeret scripsit ὅ, non ὅς. Quin ante unam literam consonantem Aristarchus omisit ν paragogum teste Didymo ad Τ 90: ἔξω τοῦ ν αἱ Ἀριστάρχου ἀλλὰ τί κε ῥέξαιμι. Sed in ea re siue codicum auctoritatem secutus est siue intellexerat ante uerbum ῥέζω literas uocales produci (cf. La Roche. Hom. Untersuch. p. 62.) propter digamma, quod tamen nesciuisse eum constat. Inde recte conclusit Jacobus La Roche (Hom. Textkrit. p. 33) Aristarchum legisse Ι 363 κε τριτάτῳ, Platonis uero lectionem κεν τριτάτῳ (Hipp. min. 370 B et Crito 44 B) falsam esse. Pariter Aristarchum legisse ex analogia κε τλαίῃ Didymus testis ad Ω 565.

§ 5. De elisione.

Effugisse plerumque Aristarchum elisionem compluribus edocemur reliquiis, attamen quibus id fecerit commotus causis non semper satis liquet. Tradidit Didymus ad Α 323: χειρὸς ἑλόντ' ἀγέμεν: οὕτως χειρὸς ἑλόντε ἀγέμεν Ἀρίσταρχος (Lehrs. Qu. ep. p. 49), ἵνα τὸ δυϊκὸν εὔδηλον ᾖ· ἀμφίβολον γὰρ ἔσται, ἐὰν κατὰ συναλοιφὴν ἀναγινώσκωμεν. Perspicuitatis causa ἑλόντε Aristarchum scripsisse in editionibus suis ex hoc scholio patet, aliis locis scholiastis tacentibus eandem ualuisse rationem ueri est simile, et in eo acquiescere debemus, quamquam

[52]) De duabus Aristarchi editionibus Homeri Wolf, Prolegg, p. 144. sq. ed. nou. Villoison. Prolegg. p. XXVI La Roche, Hom. Textkrit. p. 58.

interdum obscuritatis uestigia uix ac ne uix quidem perspiciuntur. Schol. Nicanoris[53]) ad *Λ* 441: *ἆ δείλ', ἦ μάλα δή σε κιχάνεται αἰπὺς ὄλεθρος: ἀναγκαίως ἐκ πλήρους γράφειν τὴν λέξιν „ἆ δειλέ," δεῖ, ἵνα καὶ ἡ στιγμὴ καὶ ὁ τόνος ἀναλόγως καὶ Ἑλληνικῶς ἔχῃ. οὕτως δὲ καὶ Ἀρίσταρχος ἔγραφεν ἐκ πλήρους, ὡς Δίδυμος μαρτυρεῖ· οὕτως δὲ καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς, ἆ δειλέ, οὐ μὲν σοί γε"* (*Λ* 452). Hoc loco plenam posuisse formam Aristarchum tradidit scholiasta, ut inauditam euitaret formam *δειλ'*, quae accentu carens interpunctione post uocatiuum casum necessaria a subsequentibus distincta erat, ut scholiasta si aliter scriberetur atque Aristarchus scripsit nec analogiam nec linguae Graecae naturam seruatam esse diceret[54]). Sed etiam alias Aristarchus scripsit eiusmodi formas, quae elisione aspersa neque barbara neque monstra facta essent. Didymus ad *Λ* 450: *ὦ Σῶχ' Ἱππάσου υἱέ: ἐκ πλήρους Ἀρίσταρχος ὦ Σῶκε*, quod confirmatur schol. V ad h. l. *ὦ Σῶκε ἐντελῶς αἱ Ἀριστάρχου. Β* 347: *βουλεύωσ' ἄνυσις: ὅτι βουλεύωσι αἱ Ἀριστάρχου. ζ* 131: *εἶσ' ὑόμενος: ἐκ πλήρους τὸ εἶσι αἱ Ἀριστάρχου.* N 407: *κανόνεσσ' ἀραρυῖαν· ἐκ πλήρους Ἀρίσταρχος κανόνεσσι.* Simili modo *ἀσπίδ' ἐνιχριμφθείς* Aristarchum legisse Didymus tradit ad H 272. Schol. Didymi *Π* 854 mancum: *χέρσι δαμέντ' Ἀχιλῆος: ἐκ πλήρους τὸ δαμέντ* (sic cod. Ven. A) *Ἀρίσταρχος.* Uocalis litera quae deest ne assumatur ex scholio V. ad h. l. *ἐκ πλήρους γραπτέον τὸ δαμέντι*, sed scribendum esse *δαμέντα*, ut per anacoluthon participii accusatiuus cum datiuo antecedenti coniungatur ex more Homeri, monuit Lehrsius (Quaest. ep. p. 48.), cui adstipulatus est La Rochius (Hom. Textkrit. p. 398.).

Discrepantiam grammaticorum Herodianus tradit ad *Ω* 318, quorum pars *ευκλης* duo uocabula esse statuebat, *ἐῢ κληῖσ'* scribentes, litera uocali datiui pluralis *κληῖσι* elisa; Aristarchus autem quem Herodianus laudat adiectiuum compositum esse duxit simile adiectivo *ἐΰκνήμις* seruata consuetudine Homerica. Herodiani uerba haec: *εἰ δὲ ἡ προκειμένη λέξις κρίσεως δεῖται κατὰ τὴν ἀνάγνωσιν, δῆλον ὅτι συνθέτως ἀναγνωσόμεθα, ὅπως μὴ πληθυντικοῦ δῶμεν τὴν χρῆσιν παρὰ τὴν συνήθειαν τοῦ ποιητοῦ καὶ ἔκθλιψιν σημειώδη.* Singularem Herodianus dicit elisionem literae uocalis *ι* datiui *κληῖσι* et praeter praeceptum esse quod paullo ante dedit his: *ἐκθλίβεται μὲν τὸ ι τῆς δοτικῆς παρὰ τῷ ποιητῇ καὶ ἑνικῆς ὑπαρχούσης καὶ πληθυντικῆς „κερκίδ' ὕφαινε"* (*ε* 62)· *„χέρσ' ἐρέται"* (*ν* 115)· *„καὶ νήεσσ' ἡγήσατ' Ἀχαιῶν"* (*Α* 71), *οὔ γε μὴν τὸ ἀπὸ τῶν εἰς ις ἐκτεταμένον θηλυκῶν·* (cf. Lehrs. Qu. ep. p. 48.)

§ 6. De quantitate.

Herodianus ad *Β* 662 tradit haec: *κατέκτα: Πτολεμαῖός φησιν ὁ Ἀσκαλωνίτης Ἀρίσταρχον ἀνεγνωκέναι ὁμοίως τῷ „ἔκτα σὺν οὐλομένῃ ἀλόχῳ"* (*λ* 410) *κατὰ συστολήν· Τυραννίων δὲ κατ' ἔκτασιν. οἶμαι δὲ ἀκόλουθον εἶναι ἐκείνῃ τῇ γραφῇ τῇ κομιζομένῃ ὑπ' Ἀριστάρχου „ὥς ἔμεν*

53) Beccard, de scholl. Ven. p. 35. Graefenhan, Gesch. d. klass. Philol. III. 67. La Roche, Hom. Textkritik p. 120. Villoison, Prolegg, p. XXXI.

54) J. Bekker, Monatsber. d. Akad. 1869. Hom. Bl. II. 230: dazu kömt dass der apostroph sich schlecht verträgt mit der interpunction: wärend dise stilstand gebitet, langt er über die grenzscheide hinüber.

ὅτε δῖον Ἐρευθαλίωνα κατέκτα." — uitiosam hanc huius uersus codicis scripturam Lehrsius correxit in Herodiani scr. tr. em. p. 211 sic: *ὥς ἐμεν* (scr. *ὣς ἔμεν*) *ὡς ὅτε δῖον Ἐρευθαλίωνα κατέκταν* (*Δ* 319) — *ἡ μέντοι κοινὴ ἀνάγνωσις ἡ κατὰ συστολὴν ἀφορμὴν ἔσχε τὴν τῆς ἀποκοπῆς, ὁμοίως τῷ „οὖτα κατὰ λαπάρην"* (*Ζ* 64). Uersus *Δ* 319 quem secutum esse Aristarchum Herodianus putat exhibet primam personam *κατέκταν*, hic tertiam *κατέκτα*, Aristarchus non utrique eandem quantitatem dedit, sed syllabam ultimam tertiae personae breuem esse putabat teste Aristonico ad *Ο* 432, atque analogiam uerbi simplicis *ἔκτα*, quo poetam usum esse uiderat *λ* 410, in quantitate diiudicanda uocalis ancipitis *α* sequendam esse censuit teste Ptolemaeo Ascalonita in schol. B 662. Primae contra personae *κατέκταν* syllabam ultimam produci Aristarchum uoluisse Herodianus testificatur ad *Δ* 319, ubi per analogiam aoristi *ἔβᾱν* (Soph. Ai. 868) Aristarchum scripsisse *κατέκτᾱν* tradit: *κατέκταν μετὰ τοῦ ν αἱ Ἀριστάρχου καὶ ἐν ἐκτάσει τοῦ α Δωρικῇ οὔσῃ ὡς ἔβᾱν ἐγώ. ἡ γὰρ χρῆσις τοιαύτη ἦν παρὰ Ἀττικοῖς· παρὰ γὰρ τὸ κτῶ καὶ κτῆμι κινήματα ἱκανὰ ἐξέπιπτεν. δεύτερος μὲν αὐτὸς ἀόριστος, ὀφείλων εἶναι κοινῶς ἔκτην, γινόμενος δὲ κατὰ Δωρίδα ἔκταν, ὃς ἐν χρήσει ὁρᾶται Ἀττικοῖς. κτἑ.* — Infinitiui *εὐχετάασθαι* (*Ζ* 268) paenultimam correptam Aristarchus legit Herodiano teste, qui praeceptum dat: *ὅσα εἰς θαι λήγει ἀπαρέμφατα μὴ κατ' Αἰολίδα διάλεκτον τρίτον ἀπὸ τέλους ἔχοντα τὴν ὀξεῖαν φιλεῖ πρὸ τέλους βραχύνεσθαι, λέγεσθαι τίθεσθαι ἵστασθαι κίχρασθαι πίμπρασθαι. ὅσα δὲ πρὸ τέλους ἔχει φύσει μακρὰν, προσπερισπᾶσθαι θέλει, φιλεῖσθαι νικᾶσθαι· τὰ γὰρ τοιαῦτα δίζησθαι φίλησθαι ὑποφαίνει Αἰολικὸν χαρακτῆρα.* Deinceps similia affert: *οὕτως οὖν πάντα τὰ τοιαῦτα ἀναγνωστέον· „ἀλλ' ἤτοι σε γυναῖκας ἐγὼ δεδάασθαι ἄνωγα"* (*π* 316) (cf. *γ* 213: *μητιάασθαι* uel *μηχανάασθαι* ut scribit J. Bekker.) *„ἄλλοτε μέν σε καὶ αἰτιάασθαι* (uitiose bis scriptum uerbum *αἰτιάασθαι* in scholiis J. Bekkeri) *ἄνωγα"* (*Κ* 120)· *καὶ „ἑδριάασθαι ἄνωγον"* (*γ* 35)· *„μήτε μνάασθαι ἄκοιτιν"* (*α* 39). Ut hoc loco Aristarchus analogiam tutatus est, ita paroxytonon legit adiectiuum *ἐΰκλήϊς* (*Ω* 318) ut *ἐΰκνήμις* ultima syllaba producta Herodiano teste qui praeceptum tradidit in libro *περὶ διχρόνων* (Lehrs. Herodian. scr. tr. em. p. 370. Cramer. An. Ox. III. p. 298, 23.): *Τὰ εἰς ις λήγοντα βαρύτονα ἀεὶ συστέλλει τὸ ι, εἰ μὴ σύνθετα ὑπάρχοι ἐξ ἁπλῶν ἐκτεινόντων τὸ ι· κόνις δῆρις μάντις ὄρχις· Ἀριστοκλῆς δὲ ἐν τῷ περὶ διαλέκτων φησὶν Ἀττικοὺς ἐκτείνειν· προσέθηκα δὲ· εἰ μὴ σύνθετα εἴη ἐξ ἁπλῶν ἐκτεινόντων τὸ ι διὰ τὸ κνημίς ἐΰκνήμις· ψηφίς μελαμψήφις καὶ ὅσα τοιαῦτα.* cf. schol. Herodiani ad *Ω* 318: *μακρὸν γὰρ τὸ ι καὶ ἐν τῇ συνθέσει, ὡς ἐν ᾧ κ' τῆς καθόλου φησὶν ὁ αὐτός* (i. Herodianus)· *ἀπὸ γὰρ τοῦ χρόνου τὸν τόνον ἐστήσαμεν κτἑ.* cf. schol. eiusdem ad *Β* 175.

Diligenter Aristarchus obseruauit apud Homerum uocales breues per positionem quae uocatur produci et in initio uocabulorum et in media parte, etiamsi una litera consona uocalem breuem uel ancipitem subsequitur, et praecipue id fieri ante liquidas *λ μ ν ρ* nec non ante literam *δ*. Cuius rei causa fuit uel metrica uel quod litera consonans quae olim fuerat in initio uocabulorum euanuit e. g. digamma Aeolicum quod dicitur uocabuli *δέος* post literam *δ*, de quo nunc haud dubitatur. Digamma tametsi nesciuit Aristarchus, tamen observatione facta nunquam in carminibus Homericis non uocales subsequente uocabulo *δέος* produci, per analogiam

scripsit *ἀδεές* (*Θ* 423), non *ἀδδεές* quod maluit Nicias (uid. Cramer. An. Par III, 207, 13.) teste Didymo ad *Θ* 423: *ἀδεὲς δι' ἑνὸς δ ὁ 'Αρίσταρχος.* Simili ratione Aristarchus scripsit *ἄδην* teste eodem ad *E* 203: *'Αρίσταρχος ἄδην* (sic) *ἄλλοι δὲ ἄδδην διὰ β' δδ*, et *ἄδος* (*Λ* 88) et *περιδείσασα* (*O* 123), uid. schol. Didymi: *διὰ τοῦ ἑτέρου δ αἱ 'Αριστάρχου*, quocum concinit schol. V. ad *Ψ* 417: *διὰ τοῦ ἑτέρου δ τὸ ὑποδδείσαντες.*

Complura porro supersunt scholiastarum testimonia Aristarchum liquidas non geminandas esse censuisse. Didymus tradidit lectiones Aristarchi *ἄλοφον* (*K* 258), *μεταλήξαντι* (*I* 299); schol. I 574: *τὸν δὲ λίσσοντο: οὕτως 'Αρίσταρχος ἐλίσσοντο δι' ἑνὸς λ*, correxit Mauricius Schmidt (Did. Chalc. frgmm. p. 138): *οὕτως 'Αρίσταρχος δὲ λίσσοντο.* *O* 31: *ἀπολλήξῃς: διὰ τοῦ ἑτέρου λ αἱ 'Αριστάρχου.* cf. schol. V. *δι' ἑνὸς λ ὀφείλει γράφεσθαι.* Huc pertinet schol. Didymi ad *M* 26: *συνεχές: 'Αρίσταρχος καὶ 'Αριστοφάνης διὰ τοῦ ἑτέρου ν.* Similiter Aristarchus scripsit: *διαῤῥαίσει* (I 78) Didymo teste: *δι' ἑνὸς ρ αἱ 'Αριστάρχου.* — *Π* 228 nonnulli scripserunt *τόῤῥα* (cf. schol. Apoll. Rhod. III. 37.), de Aristarcho Didymus tradidit haec: *οὕτως 'Αρίσταρχος τὸ ῥα διὰ τοῦ ἑνὸς ρ.* cf. schol. Apoll. Rhod. I 769: *οἱ δὲ 'Αριστάρχειοι δι' ἑτέρου ρ ἔχουσι τὰς τοιαύτας γραφάς, ὡς 'Ηρακλέων φησὶν ἐν τῇ π' τῆς 'Ιλιάδος „τὸ ῥα τότ' ἐκ χηλοῖο λαβών".* Unum restat testimonium de hac re Didymi ad I 154: *πολύῤῥηνες: διὰ τοῦ ἑτέρου ρ τὸ πολύῤῥηνες αἱ 'Αριστάρχου.* cf. schol V. ad *K* 216: *ὑπόῤῥηνον δὲ γράφει διὰ τοῦ ἑτέρου ρ.* Saepe ante unam literam *μ* substantiui *μέγαρον* uocalem breuem praecedentem produci cum uidisset Aristarchus (cf. La Roche. Hom. Unters. p. 53), similitudinis causa scripsit *δὲ μεγάροιο διέσσυτο* (*δ* 37) omissa praepositione *ἐκ*, cf. schol. MHQR ad l. s.: *ὁ δ' ἐκ μεγάροιο: 'Αρίσταρχος χωρὶς τῆς ἐκ προθέσεως ὁ δὲ μεγάροιο διέσσυτο κτέ.*

§ 7. De accentibus.

Uocabulis accentuum notis distinguendis ueterum grammaticorum Aristophanem Byzantium primum nauasse operam constat[55]. Uerumtamen ut ab Aristarcho maxime repetenda sunt initia omnis subtilitatis grammaticae (Wolf, Prolegg. p. 149. ed. nou.), ita accentuum doctrinam ad facem certioris rationis admouendo optime meritus est de librorum lectione maxime carminum Homeri, ut etiam nunc fundamento quodammodo eius utamur doctrina in diiudicandis lectionibus dubiis. Studium autem analogiae nusquam fere clarius quam ex hac doctrinae Aristarcheae grammaticae parte elucet, cuius quae supersunt Herodiani tantum non solius debemus diligentiae, qui prosodiae ut constat studiosissimus haud paucas Aristarchi seruauit reliquias, ita tamen ut quae sint Aristarchi ipsius quae ab Herodiano proprio tentamine eruta non numquam perspicere parum liceat. Atque in uniuersum quidem monendum, Aristarcho natiuum quendam sensum et formarum sonum et imaginem potius praebuisse ansam, qua accentum

[55]) Wolf, Prolegg. p. 133 sq. ed. nou. Sengebusch, Diss. Hom. I. p. 50. Lehrs, de Arist. stud. Hom. p. 250. ed. II. K. E. A. Schmidt. Beiträge zur Gesch. d. Gr. p. 571 sq. Nauck, Arist. Byz. fragm. p. 11 sq.

regeret, quam declinationem strictis et certis artis grammaticae legibus adaptatam. Sermonis carminum Homericorum Aristarchus, in quibus ut aliorum ueterum grammaticorum praecipue sese exercuisse uidemus ingenia, ita Aristarchi potissimum opera uersabatur, proprietates et characterem optime norat atque cum singularum legum quae sunt plurimae obseruatione se fultum et confirmatum sentiret, id praeoptabat quod non tam uolgare quam Homerici sermonis proprium uideretur[56]. Quamobrem saepius abhorrere uidemus lectiones Aristarcheas a lectione uolgata quae uocatur *ἡ κοινή* (*ἀνάγνωσις*) ut *B* 53. 162. *M* 404. *λ* 74. uel *αἱ κοιναί, κοινότεραι ἐκδόσεις*, cf. *Δ* 170. *Π* 638. *Ω* 344. *δ* 495. Ecce testimonia discrepantiae sermonum Homerici et Attici tradita ab Herodiano ad *B* 269: *ἀχρεῖον: Διονύσιος καὶ Τυραννίων τὴν πρώτην ὀξύνουσιν ὥσπερ καὶ παρὰ τοῖς 'Αττικοῖς καὶ ἀναλόγως· παρὰ γὰρ τὸ χρεία τὸ κατὰ στέρησιν ἄχρειος ὡς μοῦσα ἄμουσος· ἡ μέντοι παρὰ τῷ ποιητῇ ἀνάγνωσις ἀφορμῆς ἐχομένη τῆς κατὰ τὴν συνεκδρομὴν προπεριεσπάσθη.* Schol. *ι* 68: *ἦμος: τὸ ἦμος ψιλοῦται παρὰ Ἴωσι παρὰ δὲ 'Αττικοῖς δασύνεται.* *K* 134: *οὔλη δ': μήποτε ἀνάλογος ἡ παρὰ τῷ ποιητῇ ἀνάγνωσις πρὸς τὴν κοινὴν συνήθειαν, εἴ γε ὀξυτονοῦσι τὸ ὄνομα λέγοντες οὐλὸς ἄνθρωπος καὶ οὐλὴ κόμη.* Eustath. p. 531, 40: *'Ηρωδιανός φησι ὅτι τὸ παρ' 'Ομήρῳ ἐρῆμον καὶ ἑτοῖμον οἱ νεώτεροι 'Αττικοὶ ἀναλόγως φασὶν ἔρημον καὶ ἕτοιμον.* cf. Porphyr. de prosod. (Villoison. Anecd. II. p. 104.): *διὰ τοῦτο καὶ Ὅμηρος τῇ ἀναλογίᾳ χρησάμενος „ὡς ἀεί", φησίν, „τὸν ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον"* (*ρ* 218). *οἱ δὲ 'Αττικοὶ ὅμοιος λέγουσιν.* Penitus Aristarcho fuisse cognitum, quid Homeri proprium uideretur quid non, testantur accurata eius praecepta, Homerum *συνήθως ἐλλείπειν τοῖς ἄρθροις*[57], *παραλλήλως τάττειν τὰς ἰσοδυναμούσας λέξεις*, *Π* 666. *Φ* 17. (Wolf, Prolegg. p. 127. not. 77. ed. nou.) itidem praecepta de formis et potestatibus pronominum[58], scholl. *Α* 216. *K* 546. *Λ* 142. *T* 384. *Ξ* 400. alia ex quibus patet uiri diligentia accuratissima. Aristarchi fuit obseruatio, Homerum nomina appellatiua generis neutrius pluralia non ex uolgari consuetudine cum uerbis numeri singularis sed pluralis coniungere e. g. *T* 17. uel *H* 102. ubi Aristonici uerba haec: *ἡ διπλῆ ὅτι τῷ ἀπηρτισμένῳ κέχρηται „νίκης πείρατ' ἔχονται" οὐκ ἔχεται*[59]. cf. *B* 36. *β* 156. *H* 6. *N* 85. Idem ad *M* 159: *ἡ διπλῆ πρὸς τὴν συνήθειαν τοῦ ποιητοῦ, ὅτι καταλλήλως τῷ βέλεα πληθυντικῷ „ῥέον" ἐπενήνοχεν.* Didymus ad h. l. *οὕτως διὰ τοῦ ο ῥέον. 'Ομηρικὸν τὸ σχῆμα.* Aristonicus ad *B* 397: *γένωνται: ἡ διπλῆ ὅτι οὐ γραπτέον ὥς τινες γένηται· 'Ομηρικώτερον γὰρ οὕτως λέγειν, γένωνται τὰ κύματα ὡς σπάρτα λέλυνται* (*B* 135). cf. Apollon. de synt. p. 224, 27: *καὶ δῆλον ὅτι τὸ σπάρτα λέλυνται ἀναλογώτερον τοῦ δοῦρα σέσηπε.* Ex ipsis Aristarchi commentariis Didymus seruauit haec ad *B* 397: *οὕτως γένωνται αἱ 'Αριστάρχου· τοῦτο δὲ καὶ ὁ ἐκ τῶν*

[56]) Haud pauci fuerunt grammatici qui illis temporibus scripserunt de proprietatibus sermonis Homerici ut Ptolemaeus Pindario Aristonicus Basilides Zenodorus. cf. Wolf, Prolegg. p. 119. not. 66. ed. nou.

[57]) Wolf, Prolegg. p. 126. not. 76. Apollon. Alex. de synt. I. p. 84. Plutarch. Plat. Quaest. p. 1010. D. Lehrs. de Arist. stud. Hom. p. 361. ed. II. Friedlaender, Aristonic. p. 30.

[58]) Wolf, Prolegg. p. 151. not. 33. ed. nou. La Roche, Hom. Textkrit. p. 251. sqq. Hom. Untersuch. IV. p. 128. sqq. Lehrs, Qu. ep. p. 107. sqq.

[59]) Friedlaender, Ariston. reliqu. p. 15. Duentzer, de Zenod. stud. Hom. p. 77. La Roche, Hom. Textkrit. p. 383.

ὑπομνημάτων λόγος ὑπόκειται ἔχων τῇδε· ἐπὶ τῶν κυμάτων λέγει τὸ γένωνται. τῷ τοιούτῳ πλεονάκις κέχρηται ὥστε καὶ ἐπὶ τῶν οὐδετέρων τὰ πληθυντικὰ παραλαμβάνει κτἑ. Eiusdem huc referenda scholia Θ 137. 405. Λ 128. Ν 28. 617. Ο 714. nec non si fides illi οὕτως Ψ 504. Ω 341. Aristonici ad Λ 291. Β 135. Ε 657. Θ 130. Κ 351. Λ 574. Ν 28. Π 128. 507. Σ 130. Χ 266. Ψ 431. 504. Aristarchus usum dualis et pluralis Homericum bene nouit, quocirca dualem praeoptabat de personis duobus, cui rei testimonio schol. Didymi ad Ζ 121: ἰόντες: Ζηνόδοτος καὶ Ἀριστοφάνης δυϊκῶς ἰόντε, ἐν δὲ τοῖς ἔμπροσθεν (dicit ad u. Ε 630, sed deest scholion Λ) εἰρήκαμεν Ἀριστάρχου εἶναι τὴν δυϊκὴν γραφήν. cf. schol. L. V. ad h. l. ἰόντες: Ἀρίσταρχος δυϊκῶς. schol. L ad Ε 630: ἰόντες: ἐν τῇ ἑτέρᾳ ἰόντε κεῖται. Eodem modo Aristarchum scripsisse ἰόντε ubi idem occurrit uersus nihil utique dubitamus Γ 15. Ε 850 Λ 232. Ν 604. Π 462. Υ 176. Φ 148. Χ 248. Ψ 816. Zenodotum, qui apud Homerum dualem pluralis uice[60]) fungi posse putabat, Aristonicus saepius castigat: συγχεῖ τὰ δυϊκὰ παρ' Ὁμήρῳ[61]). Denique paucis mentio fiat hoc loco augmenti, quod plerumque ab Homero omitti, poëtice ut ait Herodianus (Σ 100), obseruauerat Aristarchus; uid. schol. ad β 2: ὤρνυτ': σπανίως ὁ ποιητὴς αὔξει τὴν ἄρχουσαν εἰ μή που διὰ τὸ μέτρον. cf. scholl. Herodiani ad Β 808. Θ 161. Ο 2. Σ 100. Ψ 440. Aristarchum[62]) augmento abiecto Ἰακῶς legisse scholia produnt ad Λ 162. 464. 598. Β 205. 427. 751. Γ 415. Δ 213. 329. 517. Ε 900. Ζ 155. 157. Κ 546. Μ 420. Ξ 285. Π 120. 207. 290. Σ 549. Υ 57. 156. 259. Φ 84. Ψ 455. Aliae lectiones Aristarchi sine augmento Λ 374. (cf. u. 15). Β 35. 477. 808. Γ 422. 450. δ 39. = Θ 543. Η 420. Θ 163. 95. π 453. Ι 86. 177. 492. 574. Κ 359. Λ 28. 688. 773. Ξ 114. 171. 359. Ο 601. Π 105. 379. Ρ 270. σ 68. Ψ 391. 440. ἑστήκει semper Aristarchum scripsisse Didymus testatur ad Δ 329. 367. Λ 600. Μ 445. Ρ 139. Σ 557. Χ 36. Ψ 691. bis ἐφεστήκει Ζ 373. et Ψ 106, quorum cur scholion Ψ 106 inter Didymea receperit Mauricius Schmidt (Didymi Chalc. fragm. p. 174.), scholion Ζ 373 omiserit congruens cum illo ad uerbum parum liquet.

Sed ut ad propositum reuertar, en Varronis fragmentum ex libro primo operis de sermone Latino,[63]) quod est apud Diomedem p. 439, 15: „Latinitas est incorrupte loquendi obseruatio secundum Romanam linguam. Constat autem, ut adserit Varro, his quattuor: natura analogia consuetudine auctoritate.“ Haec igitur tanquam quattuor fundamenta et principia bonae latinitatis Varro posuit, ut quod eorum uni repugnaret reiciendum esset. Jam quilibet perlustrauerit doctrinam Aristarchi de accentibus, eadem fere principia inueniet. Nimirum dubiis in locis nisi aliis rationibus aliorsum duceretur analogiae potissimum duci sese addixit Aristarchus, nihilo tamen secius magna cum religione antiquos excussit libros, consuetudinis loquendi magna

---

[60]) Nunquam fere uti duali poëtam nisi metro postulante recte monet Ellendtius in libello: Drei Homer. Abhandl. Leipz. 1864. p. 10.
[61]) Friedlaender, Ariston. p. 15. Wolf, Prolegg. p. 126. not. 75. ed. nou.
[62]) Lehrs, de Arist. stud. Hom. p. 361 sqq. ed. II. La Roche, Hom. Textkrit. p. 423. Hom. Untersuch. II. p. 70. sqq.
[63]) A. Wilmanns, de M. Ter. Varr. libr. gramm. p. 170 sq.

cum anxietate habuit rationem, denique, quod Varronis supra enumeratis fundamentis accidit nouum, aliquid perspicuitati et similium uocabulorum distinctioni quoad accentus opera fieri posset concedendum esse censuit. Agedum uideamus reliquias.

§ 8. De synecdrome.

Quaestio fuit de accentu aduerbii ζαφελῶς. Eustath. p. 769, 26: φασὶν Ἀπίων καὶ Ἡρόδωρος[64]), ὅτι τὸ ζάφελος προπαροξύνεται λόγῳ τοιούτῳ· τὰ εἰς ος λήγοντα παρὰ τὸ ζα προπαροξύνονται ζάθεος ζάκοτος· τὸ δὲ ζαφελῶς περισπᾶται ἐπεὶ τὰ εἰς λως ἐπιῤῥήματα παραληγόμενα τῷ ε ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον φιλεῖ περισπᾶσθαι, οἷον ἐντελῶς ἐπιμελῶς, οἷς καὶ τὸ ζαφελῶς συνεξέδραμε. cf. p. 1565, 7. 769, 21. Herodianus ad Ι 516: ἐπιζαφελῶς: ὡς χαλεπῶς .... τὸ δὲ ζαφελῶς περισπᾶται, ἐπεὶ τὰ διὰ τοῦ λως ἐπιῤῥήματα παραληγόμενα τῷ ε ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον φιλεῖ περισπᾶσθαι, ἐντελῶς ἐπιμελῶς, οἷς καὶ τὸ ζαφελῶς συνεξέδραμε. πρόσκειται ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον διὰ τὸ εὐτραπέλως, ἰκέλως. Aristarchi iudicium tradit idem ad ζ 330: Ἀρίσταρχος περισπᾷ τὸ ζαφελῶς καὶ οὕτως ἐπεκράτησεν. ἔδει δὲ βαρυτόνως. quibuscum conferenda Joann. Alex. de accent. p. 39, 18: παρὰ τὸ ζάφελος προπαροξυνόμενον ὀφείλει καὶ τὸ ζαφελῶς ἐπίῤῥημα βαρύνεσθαι ὡς ἀπὸ τοῦ ζάθεος ζαθέως· οὐ γάρ ἐστι παρὰ τῷ ποιητῇ ζαφελής. δείκνυσι δὲ Ἡρωδιανός, ὡς ὅτι κατὰ συνεκδρομὴν τοῦ ἀμελῶς καὶ ἐντελῶς περιεσπάσθη τὸ ζαφελῶς[65]). Documentum hoc magni fuisse momenti in doctrina Aristarchi de accentibus uim rationis, qua uocabula consonantia quodam modo syllabis extremis eodem insignita sunt accentu. Ratio habebatur similis uocis tantummodo et characteris uocabulorum, τῆς ὁμοιότητος τῆς φωνῆς uel τοῦ χαρακτῆρος καὶ τῆς ποιότητος τοῦ στοιχείου, non declinationis uel coniugationis ut apud nostrates, unde nomen συνεκδρομή uel συνέμπτωσις. Etenim secundum strictam flexionis grammaticae rationem ζαφέλως debebat pronuntiari aduerbium adiectivi ζάφελος, at cum similia aduerbia ἐντελῶς et ἐπιμελῶς perispomena cum illo consonarent, ultimae per analogiam illorum circumflexum accentum imponendum esse censuit Aristarchus. Quod grammaticorum principis principium nube exemplorum probabimus. Herodianus ad Ν 809: βιβάσθων: Τυραννίων περισπᾷ, οὐχ ὑγιῶς· ὁ γὰρ χαρακτὴρ βαρεῖαν τάσιν ἀπαιτεῖ, εἴτε ἀπὸ τοῦ βιβῶ βιβάθω γενομένου τοῦ ῥήματος, περιπλεονάσαντος τοῦ σ, ὥς φησι Φιλόξενος[66]), εἴτε ἀπὸ ὀνόματος τοῦ βιβαστός βιβάσθων ὡς ἀϊστός ἀΐσθων· γίνεται γάρ τινα ἀπὸ τῶν εἰς τος κατὰ μεταβολὴν τοῦ τέλους εἰς θω βαρύτονα ῥήματα, ἐγερτός ἐγέρθω, ἐρεκτός ἐρέχθω ἀϊστός

---

[64]) De quibus Eustath. p. 47, 13. 62, 1. 118, 37. 140, 41 saep. Cramer. An. Par. III, 79, 4. 201, 33. 208, 20. scholl. Θ 555. Ο 324. Apollon. Soph. Lex. Hom. 2, 19. 3, 8. 25. 32. 6, 10. saep. La Roche, Hom. Textkrit. p. 169 not. 57. Lehrs, Qu. ep. Diss. I. De Arist. stud. Hom. p. 370. sqq. ed. II. Wolf, Prolegg. p. 13. 115. saep. Ritschl. Die Alexandrin. Biblioth. p. 141. sq.
[65]) Cf. Etym. M. 408, 20. sq. Lehrs, de Arist. stud. Hom. p. 259. ed. II. Steinthal, Gesch. d. Sprachwiss. p. 463.
[66]) Suidas s. u. Φιλόξενος. scholl. Λ 231. Β 269. Κ 290. Graefenhan, Gesch. d. klass. Phil. III. 66. 256. Beccard, de scholl. in Hom. H. Ven. p. 78. La Roche, Hom. Textkrit. p. 111. Osann. Philemonis gram. reliqu. p. 309. M. Schmidt, in Philol. IV. 627. VI. 660.

ἀΐσθων· οὕτως καὶ παρὰ τὸ βιβαστός βιβάσθων κτἑ. cf. scholl. eiusdem ad *Ο* 676. *Π* 648. Tam parum igitur formam grammaticam grammatici curabant, ut uel Herodianus ipse unde sit declinandum uocabulum haereret incertus (cf. schol. ad *Ο* 676: ... *ἢ ὅπερ καὶ βέλτιον παρὰ τὸ βιβαστός βιβάσθω* ...), nedum certam Aristarchi de ea re sententiam tradere posset, animo ad unam uocis similitudinem et speciem intento. Herodianus ad *Λ* 659: *οὐτάμενοι: Ἀρίσταρχος ὡς ἱστάμενοι καὶ κιχράμενοι .... προπαρωξύνθη δὲ ὑπὸ τοῦ Ἀριστάρχου διὰ τὸν χαρακτῆρα, ἐπεὶ αἱ τοιαῦται μετοχαὶ προπαρωξύνοντο ἱστάμενος κιχράμενος· ὁ γὰρ ἀνὴρ τῷ χαρακτῆρι μᾶλλον τοὺς τόνους προςνέμει· ἄλλως τε καὶ ἡ γινομένη τοῦ σ ὕφεσις καὶ ἀναδρομὴν ἐργάζεται τόνου* [67]). Fuit igitur ex Herodiani sententia participium legitimum perfecti passiui *οὐτασμένος*, cuius litera *σ* eiecta est, quo facto etiam accentum retrahi in antepaenultimam opus erat; hoc dicit Herodianus ad *Λ* 659: *κατ᾽ ἔλλειψιν τοῦ σ γίνεται οὐτάμενος* et *ἡ τοῦ σ ὕφεσις ἀναδρομὴν ἐργάζεται τόνον.* In his Herodianus secutus est praeceptum patris, Apollonii Alexandrini de coniunctionibus (ap. Bekker. An. Gr. II. p. 500): *ἔνδεια πολλάκις τοῦ σ ἀναβιβασμὸν τοῦ τόνου ἀποτελεῖ, οὐτασμένοι — οὐτάμενοι, συνεληλασμένοι — συνεληλάμενοι, δεσποστής — δεσπότης, ἐργαστής — ἐργάτης, καὶ τὰ πάθη τοῖς τύποις συνεκτρέχει.* Principium ualidissimum in accentuum doctrina prodit idem auctor in libro de aduerbiis ibid. p. 545, 18: *τὸ τοιοῦτον ἐντελέστατα ἐπιδεδείξεται ὡς πᾶν σχῆμα λέξεως τὴν ὁμοιότητα τῶν προκειμένων μορίων ἀποβαλὸν ἐν πάθει, εἰς τὸν τόνον μεταβάλλεται τὸν δυνάμενον τὴν ὁμοιότητα τοῦ πάθους ἀναδέξασθαι.* Quibuscum conferenda eiusdem ibid. p. 587, 3: *ἔστι καὶ ὑπὲρ τοῦ ἑτέρου λόγου ἐκεῖνο φάναι, ὅτι καὶ ἄλλα μόρια ὀφείλαντα κατὰ ἀκολουθίαν τινὰ ἢ ὀξύνεσθαι ἢ περισπᾶσθαι συνεκδρομῇ γραφῆς παρακολουθήσαντα ἀπέφευγε τὸν δέοντα τόνον.*

Uideamus plura synecdromes exempla ex reliquiis doctrinae Aristarcheae Schol. *ν* 332: *οὕνεκ᾽ ἐπήτης ἐσσί: χωρὶς τοῦ τε, τῇ δὲ προςῳδίᾳ ὡς* (*ὡς* addidit Dindorfius) *ἀεικής, φησὶν Ἀρίσταρχος· οὕτω δὲ καὶ Ἡρωδιανός.* Dindorfius annotat, de accentu *ἐπητής*, qui *τοῖς παλαιοτέροις* placuerit, et *ἐπήτης* dixisse etiam Eustath. p. 1743, 60. cf. schol. *σ* 268. Apollon. Soph. Lex. Hom. p. 73, 34. ed. Bekk.

Uocabuli *ὠμηστής* syllabae ultimae per analogiam uocabuli *ἀθληταί* accentus notam appictam esse ab Aristarcho testatur Herodianus ad *Λ* 454. *Χ* 67. *Ω* 82. Eustath. p. 855, 39 tradit praeceptum: *Ἀρίσταρχος δὲ ὀξύνει κανόνι τοιούτῳ· τὰ εἰς* $\overline{\sigma\tau\eta\varsigma}$ *τῷ η παραληγόμενα ἔχοντα πρὸ τοῦ τ τὸ σ ὑπὲρ δύο συλλαβὰς ὀξύνονται ἑρπηστής ὀρχηστής ὠμηστής.* (item schol. *Λ* 454). Tyrannio autem pro uerbo composito habuit ex *ὠμά* et *ἐσθίειν*, quam ob rem properispomenon legit ut *κομῆται.* cf. schol. Herodiani ad *Ε* 158. schol. *Δ* 235.

Schol. ABDL ad *Λ* 591 tradunt Aristarcheos uocabulum *βηλός* legisse per analogiam similium *χωλός* et *πηλός*: *τῷ δὲ τόνῳ καθάπερ οἱ Ἀριστάρχειοι, βηλὸν ὡς χωλόν* (La Roche,

67) Lehrs, Herodiani scr. tr. em. p. 269. De Arist. stud. Hom. p. 255. ed. II. Steinthal, Gesch. d. Sprachwiss. p. 463. Etym. M. 642, 50.

Hom. Textkrit. p. 213. scripsit *χηλόν*) *καὶ πηλὸν προφερόμενοι κτἑ.* cf. Etym. M. p. 196, 22. Lehrs. de Arist. stud. Hom. p. 299. ed. II. Crates scripsit *βῆλος* cf. schol. BL ad l. s.

Γ 198 Aristarchus legit genetivum pluralis *οἰῶν* bisyllabum et circumflexo insigniuit, cum similem eum esse genetiuo *αἰγῶν* putaret, cf. schol. ABLV Herodianus haec: *Ἀρίσταρχος δισυλλάβως ὡς αἰγῶν καὶ Πτολεμαῖος ὁ Ἀσκαλωνίτης. Ἀριστόνικος δὲ τρισυλλάβως, ὅς τ᾽* (cod. *ὡς τό*; correxit Lehrs. Herod. scr. tr. em. p. 217) *ὀΐων μέγα πῶϋ.* Ptolemaeus Ascalonita accentum Aristarchi *οἰῶν* confirmare studuit pleniore proportione proposita hac: *οἶς* : *αἶξ* = *οἰῶν* : *αἰγῶν*, quem refutat Herodianus (schol. *Γ* 198) monens, nunquam Homerum forma monosyllaba *οἶς* uti nisi metro postulante e. g. *α* 443. *μ* 226.; bisyllaba *ὄϊς* e. g. *Ω* 125. *ι* 184. *κ* 524. deinceps ita pergit: *ὥστε εἰ καὶ ἐνθάδε μέτρον οὐ κωλύει οὐδὲν ἦν ἐμποδὼν παραδέξασθαι τὴν τοῦ Ἀριστονίκου ἀνάγνωσιν* [68]).

Δ 235 Aristarchus legit *ψευδέσι* ut *σαφέσι*, adiectiuum audiens *ψευδής* Herodiano teste. Ei adstipulatus est Ptolemaeus Ascalonita, Hermappias autem oblocutus, qui *ψεύδεσιν* legendum esse censuit ut *τείχεσιν*, declinatum a substantiuo *ψεῦδος*, etenim, Hermappias aiebat, Homerus nesciuit adiectiuum simplex *ψευδής*, quo composito tantummodo usus est uelut *φιλοψευδής* *Ω* 261: *ἀψευδής* *Σ* 46. Nihilo tamen secius Aristarcho obtemperandum esse Herodianus dicit: *καὶ μᾶλλον πειστέον Ἀριστάρχῳ ἢ τῷ Ἑρμαππίᾳ εἰ καὶ δοκεῖ ἀληθεύειν* [69]). Haud obscurum profecto testimonium ingentis existimationis qua Aristarchus eruditione sagacitateque parata per omne antiquitatis tempus floruit [70]).

Herodianus ad *Ε* 299 profert haec: *τὸ ἀλκί μεταπλασμὸν ἔπαθεν ἀπὸ τῆς ἀλκῇ δοτικῆς. ὁ Ἀσκαλωνίτης δὲ οἴεται ἀπὸ τῆς ἄλξ εὐθείας κλιθῆναι τὸ ἀλκί. Τρύφων* [71]) *δὲ ἐν τῷ πρώτῳ περὶ τῆς ἀρχαίας ἀναγνώσεώς φησιν ὅτι Ἀρίσταρχος λέγει ὅτι ἔθος τοῖς Αἰολεῦσίν ἐστι λέγειν τὴν ἰωκήν ἰῶκα καὶ τὴν κρόκην κρόκα καὶ τὴν ἀλκὴν ἄλκα ὡς σάρκα. εἰ δὲ σάρκα ὡς ἄλκα καὶ ἀλκί ὡς σαρκί.* Cuius scholii nihil nisi finem et proportionem *ἀλκί* ut *σαρκί* Aristarchi esse recte docet Steinthalius (Gesch. d. Sprachwiss. p. 468). Adiectiuo *ἠθεῖε* per analogiam adiectiui *οἰκεῖε* Aristarchus accentum imposuit. Herodianus ad *Ζ* 518: *ἠθεῖε Ἀρίσταρχος προπερισπᾷ ὡς οἰκεῖε.* Aristarchus scripsit *ἀνεκτῶς* ut *ἀνδρικῶς* *Θ* 355 Herodiano teste qui ad *Θ* 355 alius scholii mentionem facit, quo rationem huius analogiae exposuerit ad *Λ* 573, sed deest schol. *Λ* 573, praeceptum autem de aduerbiorum quae $\overline{\omega\varsigma}$ syllaba terminantur accentu tradidit Herodianus in libro de aduerbiorum accentibus ap. Cramer. An. Oxon. III. p. 279, 4.

68) Etym. M. 620, 23. Steinthal, Gesch. d. Sprachwiss. p. 468. Beccard, de Scholl. in Hom. etc. p. 8 J. Bekker, Hom. Bl. I. p. 39, 9. La Roche, Hom. Textkrit. p. 324 sq.

69) Quintil. Jnst. Orat. I. 6, 2. cum summorum in eloquentia uirorum iudicium pro ratione et uel error honestus est magnos duces sequentibus.

70) Eximiae eius laudes sunt Panaetii aequalis ap. Athenaeum XIV. p. 634. C. Sext. Empir. adu. math. p. 416, 4. ed. Bekk. Auson. commemorat. prof. Burdigal. XIII. 3 sq. eiusd. Lud. VII. sap. 11. 12. Horat. art. poët. 450. Cic. ep. ad Att. I. 14. in Pisonem 73. Scholl. *Β* 316. *Λ* 272. *Θ* 527.

71) Graefenhan, Gesch. d. klass. Philol. I. 402. eiusd. de Tryphone Alex. lib. Beccard, de scholl. etc. p. 73 sq. La Roche, Hom. Textkrit. p. 109. Velsen, Tryphonis gram. Alexandr. fragm. 1853. R. Stiehle, der Gram. Tryphon. v. Alexandria. Philol. VI p. 446 sqq. M. Schmidt, de Tryphone Alexandrino commentatio. Oels 1841.

τὰ εἰς ‾ως *ἐπιῤῥήματα ἐπὶ τέλους ἔχοντα τὸν τόνον περισπῶνται ἀληθῶς ἀψευδῶς κτέ.* Adiectiuum *οὔλη* legerunt paroxytonos ut *κούρη* Ptolemaeus Ascalonita, Alexio, Aristarchus, sed Nicias ultimae appinxit accentum *ὁμοίως τῷ „οὐλὴν μὲν πρῶτον τῆνδε φράσαι ὀφθαλμοῖσιν“* (*ω* 331). Haec Herodiani ad *Κ* 134, dein prodit canonem ex more suo proprio ut uidetur Marte commentum: *τὰ εἰς* ‾λος *λήγοντα δισύλλαβα μὴ ἔχοντα πρὸ τοῦ λ ἄλλο σύμφωνον παραληγόμενα δὲ τῷ ο ἤτοι μόνῳ ἢ μεθ' ἑτέρου φωνήεντος βαρύνεται πόλος στόλος θόλος κοῖλος δοῦλος· οὕτως καὶ οὖλος.* cf. Schol. Herodiani *Π* 224: *οὔλων ὡς δούλων* [72]).

Et Herodianus et Eustathius diserte tradunt quo accentu uocabulum ‾λις ab Aristarcho insignitum sit. Ille ad *Λ* 239: *λίς: ὁ μὲν Ἀρίσταρχος ὀξύνει, ὁ δὲ Αἰσχρίων περισπᾷ· ὡς γὰρ παρὰ τὸ μῦς μῦν φησι καὶ νοῦς νοῦν οὕτως καὶ λῖς λῖν* (*Λ* 480)· *καὶ ἔστι* (ante *ἔστι* inserendum esse *οὐκ* Lehrsius De Arist. stud. Hom. p. 258. ed. II. censet; cave obsequaris neue ea re detorqueas enuntiationis sensum aptum) *συγκατατίθεσθαι τῷ Αἰσχρίωνι, ὅτι μᾶλλον ὀφείλει περισπᾶσθαι, εἰ καὶ μηδὲν τῶν εἰς* ‾ις *ληγόντων καὶ ἀρσενικὸν γένος ὑπισχνουμένων περιεσπάσθη· τῷ μέντοι χαρακτῆρι τοῦ κίς καὶ θίς καὶ ῥίς, καίτοι γε διαφόρως κλιθεῖσι πρὸς τὸ λίς, συνεξωμοίωσεν αὐτὸ κατὰ τόνον ὁ Ἀρίσταρχος. καὶ οὕτως ἐπείσθη ἡ παράδοσις* [73]). Accusatiuum *λῖν* Aristarchus legit secutus legem quam Herodianus tradit ad *Λ* 480: *λῖν περισπαστέον κατὰ νόμον τῶν μονοσυλλάβων αἰτιατικῶν· πᾶσα γὰρ αἰτιατικὴ μονοσύλλαβος εἰς ν λήγουσα περισπᾶται, ἀπέστραπται δὲ τὸν ὀξὺν τόνον μῦν μνᾶν σῦν ὗν· ταύτῃ καὶ ἡ κλεῖδα αἰτιατικὴ γενομένη κλεῖν περισπᾶται τῆς εὐθείας ὀξυνομένης.* Optime Eustathio, qui p. 857, 37 Aristarcheos *λίν* legisse falso tradit, fidem negat Carolus Lehrs. De Arist. stud. Hom. p. 258. ed. II. Accusatiuum *λῖν* praeterea uid. in Theodosii canonibus ap. Bekker. An. Gr. III p. 1004, 10; praeceptum Choerobosci in *περὶ τῶν ἐν πτώσεσι τόνων* ibid. p. 1231, 2.

Datiuum *λιτί* Aristarchus accentu insigniuit ut similia *φωτί πανί θητί* teste Herodiano ad *Ψ* 254: *λιτί ὡς φωτί· οὕτως καὶ Ἀρίσταρχος κτέ.* et ad *Σ* 352: *δεῖ ὀξυτόνως ἀναγιγνώσκειν τὸ λιτί κατὰ τὸν κανόνα τοῦ Ἡρωδιανοῦ· πᾶσα δοτικὴ δισύλλαβος ἐπὶ ὀνομάτων ὀξύνεσθαι θέλει φωτί παντί θητί* (cf. schol. ad *δαΐ* *Ξ* 387) . . . *οὕτως γὰρ καὶ Ἀρίσταρχος. εἰσὶ δὲ οἳ περισπῶσιν, οὐ καλῶς.* Sequitur egregia Aristarchi defensio contra Ptolemaeum Ascalonitam, qui opinabatur datiuum *λιτί* et accusatiuum *λῖτα* a nominatiuo *λίς* declinatos esse; nunquam autem, Herodianus ait, Homerus nomina monosyllaba ‾ις terminantia per literam *τ* flectit, sed per metaplasmum *λιτί* factum est ex *λιτῷ* ut *κλαδί* ex *κλάδῳ*; eadem ratione, pergit, uox *λῖτα*, quam F. A. Wolfius Anal. 4 p. 501. accusatiuum pluralis et a nominatiuo *λῖτον* declinatam esse duxit, ex *λιτόν* facta est, quam ob rem Aristarchus ex Herodiani sententia recte paenultimae appinxit accentum scribens *λῖτα* [74]), cum *πᾶσα αἰτιατικὴ εἰς α λήγουσα ἐβαρύνετο ὑπε-*

---

[72]) Cramer, An. Oxon. II. 461, 16. et Epim. 442 not. Etym. M. 640, 46. Eust. 1849, 23. Buttm. Lexil. I § 47.

[73]) Arcad. 125, 1. Lehrs, Herodian scr. tr. em. p. 60. 61. 241, 15. Eustath. p. 567, 6. 841, 22. Cramer, An. Ox. IV. p. 336. Steinthal, Gesch. d. Sprachwiss. p. 462 sq. Lehrs, de Arist. stud. Hom. p. 257 sq. ed. II. Bekker, An. Gr. III. p. 1259 sq.

[74]) Herodian, ad *α* 130: *λῖτα: προπερισπαστέον, ἑνικὸν γάρ ἐστι μεταπλασθὲν ἀπὸ τοῦ λῖτον.*

σταλμένης τῆς τινά κατὰ ἀόριστον προφοράν. cf. schol. *Θ* 441. Cramer, An. Paris. III. 288, 13. Etym. M. 567, 45.

Ex scholio Herodiani ad *Ν* 450 patet Aristarchum accentum uocabuli *ἐπίουρος* similitudine uocabuli *ἐπίκουρος* commotum dedisse cum Zenodoto consentientem. — Accusatiuum *ληΐδα* aeque accentu notauit Aristarchus atque accusatiuum nominis proprii *Χαλκίς Χαλκίδα*, Menecrates [75]) autem ut *Ἦλιδα*. Herodianus Aristarcho adstipulatus tradidit praeceptum de nominibus generis feminini in ‾ις puram desinentibus oxytonis ad *Λ* 677: *πάντα τὰ εἰς* ‾ις *λήγοντα καθαρὸν μόνως θηλυκὰ ὀξύνεσθαι θέλει οἷον Κιρφηΐς* (cod. *Κριφηΐς*, correxit Lobeck. Paralipom. 197) *Βρισηΐς Θαΐς Λαΐς· ὁ δὲ λόγος ἐπὶ Ἑλληνικῶν ὀνομάτων, μή τις τὸ Ξόϊς καὶ Σάϊς Αἰγύπτια ὄντα καὶ παρ' Ἡροδότῳ* (cf. schol. *Ξ* 387) *λεχθέντα παράθηται.* Idem tradit praeceptum schol. *Ξ* 387. [76]) — *Κραταιΐς* aduerbium esse duxerunt Aristarchus et Herodianus et eodem accentu notarunt ac *λικριφίς* [77]) *ἀμφουδίς*, quod patet ex schol. BHQ ad *λ* 597. cf. schol. HT et *Λ* 677.

Uerbo ‾κατενωπα Aristarchus accentum imposuit similem ac habent uerba *κατὰ δῶμα* et legit *κατενῶπα*. Nam sic scribendum esse, siue *ἐνῶπα* substantiuum sit siue aduerbium docet Lehrsius de Arist. stud. Hom. p. 300. ed. II. Aristarchus a substantiuo *ὤψ* duxit accusatiuum *ὦπα* Herodiano teste ad *Ο* 320: cur ita scripserit Aristarchus nec potius *κατένωπα* ut Alexio cum plerisque *ὡς κατέναντα* Herodianum nescire demonstrat quod conatur Aristarchi lectionem quomodocunque fulcire rationibus: *ἔνεστι μέντοι βοηθῆσαι καὶ τῷ Ἀριστάρχῳ οὕτως ὡς κτέ* [78]). Neque aliam Aristarchum secutum esse ducem ac solam *συνεμπτώσεως* rationem nihil dubitandum uidetur. — Herodianus ad *Χ* 28: *ἄστρασιν: Ἀρίσταρχος ὡς πατράσιν.* Mauolt primae syllabae accentum appingere Herodianus cum Philoxeno et plerisque, cum *ἄστρασι* per metaplasmum ex *ἄστροις* factum esse uideatur ut *ἔγκασι* ex *ἐγκάτοις* (*Λ* 438), *πρόβασι* ex *προβάτοις, πέταλσιν* ex *πετάλοις*; ad quae recte Carolus Lehrs. (De Arist. stud. Hom. p. 300. ed. II): uereor ne minus recte illi, nam *ἔγκατα πρόβατα* speciem tertiae declinationis habent [79]). — *Μόρφνος* Aristarchum scripsisse ut *ὕπνος* Herodianus testatur ad *Ω* 316: *μόρφνον ὡς ὕπνον καὶ οὕτως ἔχει ἡ ἀνάγνωσις.* Sub finem scholii monet haec: *ὁ μέντοι Ἀρίσταρχος ἀετοῦ εἶδος* (i. *ἀκούει* cf. Apollon. Soph. Lex. Hom. p. 113, 28. 29. ed. Bekk.) *καὶ βαρύνει· ἀλλ' οὖν γε ἐπείσθη ἡ παράδοσις τοῖς ὀξύνουσιν.* Siue deriuationem intuearis siue uocis charactera, Herodianus pergit, fieri non potest ut paenultimae acutum non appingas, nam *τὰ εἰς* ‾ος *λήγοντα δισύλλαβα μὴ ἔχοντα παρασχηματισμὸν θηλυκοῦ γένους ἔχοντα πρὸ τέλους τὴν* ‾ορ *συλλαβὴν πάντα βαρύνεται ὑπεσταλμένων τῶν εἰς* ‾μος *ληγόντων οἷον χόρτος φόρτος ὅρκος ὄρθος τὸ μονογενές* [80]), *πόρνος· οὐ γὰρ θηλυκὸν αὐτοῦ τὸ πόρνη.*

---

[75]) Schol. *Δ* 94. *Λ* 677. *Ω* 804. La Roche, Hom. Textkrit. p. 117.

[76]) Luebbert, nou. Mus. Rhen. XI. p. 439 sq.

[77]) De quo uid. schol. Herodiani *Ξ* 463. cf. *ι* 451.

[78]) Schol. BL ad l. s. Cramer, An. Par. III. 120, 28. Etym. M. 496, 7. Gud. 307, 26.

[79]) Etym. M. 310, 18. Joann. Alex. de acc. 12, 4. La Roche, Hom. Textkrit. p. 207.

[80]) Lehrs. Herodiani scr. tr. em. p. 334 scripsit *Ὄρθος τὸ μονογενές*, quia Eustathius addidit: *ἦν δὲ κύων Γηρυόνου.*

οὕτως δὲ θέλει καὶ τὸ πτόρθος· οὕτως μόρφνος· κτἑ. Transiisse hoc scholion in Etym. M. 591, 25 sq. uidit Lehrsius, Herodian. p. 334. — Similitudine Aristarchus commotus est ut βρώμης eodem notaret accentu quo ῥώμης, uid. schol. H. Vindob. 133. ad κ 379: βρώμης: ὡς ῥώμης· ὅμοιον δὲ αὐτῷ ἐστι καὶ τὸ τρώμη. καὶ Ἀρίσταρχος παροξύνει (codd. ὀξύνει). — Conclamant scholiastae Aristarchum analogia spreta legisse μητίετα ἀκάκητα εὐρύοπα; uid. schol. Herodiani ad Α 175: παραλόγως ἄρα ἡ εὐρύοπα δέσποτα καὶ τὸ μητίετα. Idem dixerunt Orus et Apollonius in opere περὶ παρωνύμων. Herodianus ad Π 185: Ἀρίσταρχος προπαροξύνει ἀκάκητα· οἱ δὲ ἄλλοι (Ptolemaeus Tyrannio Pamphilus[81]) ἀναλογίᾳ πειθόμενοι προπερισπῶσιν. Praecepta de uocatiuis uocabulorum in της desinentium ab Aristarcho hoc loco laesa exhibent scholia Herodiani ad Α 540: καὶ καθόλου τὰ εἰς της λήγοντα βαρύτονα, ὅτε ἐπὶ κλητικῆς εἰς α λήγει, προπερισπᾶται ἀλῆτα πλανῆτα νικῆτα πεδῆτα αἰσυμνῆτα[82]). ἔνθεν οὖν σημειωτέον τὸ ἀκάκητα· et ad Α 508: μητίετα: ἐχρῆν αὐτὸ παροξύνειν εἴ γε τὰ εἰς της λήγοντα βαρύτονα βραχείᾳ παραληγόμενα, ἀπρόσληπτα τοῦ σ ἐπὶ γενικῆς, καὶ ἐπὶ[83]) κλητικῆς παροξύνεται οἰκέτα φυλέτα εὐνέτα. Uocabulo μητίετα rimam repperit Herodianus: ἔστι δὲ εἰπεῖν ὅτι ἀπὸ τοῦ μητῖτα κατὰ πλεονασμόν τοῦ ε καὶ συστολῇ τοῦ ι, ἀπὸ εὐθείας τῆς μητίτης κλητικὴ γέγονε μητίετα[84])· καὶ ὁ τόνος ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ τόπου ἔμεινε μετὰ τὸν μεταπλασμόν. Sed de ἀκάκητα nullum salutare consilium ei in promptu fuit, quare satis habuit anomaliam accentus notare, et de εὐρύοπα ne uerbum quidem eius inuenies. Qua tandem ratione cruces illae grammaticorum inter se similes Aristarcho uisae sunt? Lehrsium audi (De Arist. etc. p. 259): „commune habent hoc quod sunt quattuor syllabarum et quod deorum epitheta.“ Documentum in hac re Aristarchum rectum praebuisse iudicium fuit consensus aequalium, quem testatur scholiasta his: καὶ ἐπεκράτησεν ἡ ἀνάγνωσις schol. Α 175 et ἐπείσθη δὲ ἡ παράδοσις schol. Π 185. Perinde ac in illis scholiastae conqueruntur de analogiae ratione laesa ab Aristarcho, quod adiectiuorum ταρφειαί θαμειαί syllabis ultimis imposuit acutum. Herodianus ad Μ 158: ταρφειάς: Ἀρίσταρχος ὀξύνει ὡς πυκνάς· ὁ δὲ Θρᾷξ Διονύσιος ὁμοίως προεφέρετο τῷ ταχείας παρὰ τὸ ταρφύς ἀρσενικόν, οὗ πολλαὶ ἦσαν χρήσεις παρὰ τοῖς παλαιοῖς καὶ παρ' Ὁμήρῳ· καὶ δῆλον ὅτι ἀναλόγως μὲν ἀναγινώσκει ὁ Θρᾷξ, ἐπεκράτησε δὲ ἡ Ἀριστάρχου. cf. Etym. M. 747, 20. Herodianus ad Τ 357: ταρφειαί: Ἀρίσταρχος ἀνέγνω ὡς πυκναί. Schol. BL ad Α 52: θαμειαί: Πάμφιλος λέγει θαμεῖαι ὡς ὀξεῖαι, Ἀρίσταρχος δὲ ὡς πυκναί. ὁμοίως δὲ καὶ τὸ ταρφειαί. Perspicua est similitudo uocum ταρφειαί et θαμειαί, quarum neutrius apud Homerum numerus singularis occurrit nec aliae formae nisi generis feminini, tum si illis adicias adiectiuum πυκναί accedit similitudo quae est in significatione crebritatis. De accentu adiectiui πυκνός non dubitabatur. Quibus si addideris testimonia de uocabulis ἀγυιαί et ἀχυρμιαί i. e. Ort, wohin

[81]) Lehrs, de Arist. stud. Hom. p. 260. ed. II.

[82]) Cramer, An. Par. III. 364, 12. Etym. M. 282, 44.

[83]) ἐπί inseruit Lehrsius Herodian p. 201.

[84]) Haec ratio probabilis uisa est Lobeckio, Paralip. p. 184 neque reicitur a Lehrsio de Arist. stud. Hom. p. 259 ima.

beim Worfeln des Getreides die Spreu fällt, ex interpretatione Steinthalii[85]), schol. BL ad Ε 502: κατ' ὀξεῖαν δὲ τὸ ἀχυρμιαί, Ἰωνικώτερον ὄν, ὡς τὸ ἀγυιαί θαμειαί ταρφειαί. et Herodiani ad Ζ 422: (Ἀρίσταρχος) ἀνέγνω ἄγυιαν, sed ἀγυιάς pluralem, tertium Eustath. 652, 53: τὸν δὲ Ἀρίσταρχόν φασι καὶ ἄλλα πολλὰ παρὰ τὴν ἀναλογίαν καινοτέροις τόνοις ὑποβαλεῖν, ὡς καὶ „μέσην ἐς ἄγυιαν“ προπαροξυτόνως ἀναγινώσκων ἐν τοῖς ἑνικοῖς τὸ „εὔκτιμένας κατ' ἀγυιάς“ ὀξυτόνως προέφερεν, uix dubitare poterimus, adiectiua ταρφειαί θαμειαί de Aristarchi sententia sese applicuisse ad nomina appellatiua quae uocantur περιεκτικά[86]) i. e. quae loci prae se ferunt significationem et oxytona sunt ut Πλαταιαί Αὐγειαί. Peropportune se offert locus Herodiani[87]): τὰ εἰς υξ μονοσύλλαβα μὲν ὄντα ὀξύνεται· στύξ τρύξ νύξ· ὑπὲρ μίαν δὲ συλλαβὴν βαρύνεται· ἄντυξ πομφόλυξ· τὸ πτερύξ ὑπὸ Ἀριστάρχου σεσημείωται ὀξυνθὲν ὡς περιεκτικόν κτἑ. Aristarchus igitur ut uidetur uolgatum accentum paenultimae πτέρυξ in ultimam procedere uoluit (Β 316. Ψ 875) propter significationem periecticam i. e. quod non solum alam sed etiam partem corporis ubi inoleuit ala cum pennis uicinis dixisset poëta. cf. Eustath. p. 230, 40: πτερύξ, ὃ δηλοῖ οὐ τὰ πτερὰ μόνα, τὸ μόριον δὲ μετὰ τῶν περικειμένων πτερῶν ... τὸ πτερύξ σεσημείωται ὑπὸ Ἀριστάρχου ὀξυνθὲν διὰ τὸ ἐννοίας περιεκτικῆς εἶναι[88]).

Nunc age uideamus reliquias doctrinae Aristarcheae quae demonstrent quo pacto in uerborum formis accentuum notis distinguendis rationem synecdromes ualere uoluerit Aristarchus, cuius generis specimen supra dedimus egregium participium οὐτάμενος. Participium aoristi alterius qui dicitur πεφνών Aristarchum eodem accentu insigniuisse ac participium praesentis τέμνων diserte testatur Herodianus ad Π 827: πέφνοντα ὡς τέμνοντα, οὕτως καὶ Ἀρίσταρχος· ὁ δὲ Τυραννίων παροξύνει ὡς λαβόντα δεύτερον ἀόριστον ἐκδεχόμενος. Non abhorret Herodianus a sententia Tyrannionis, quem dicit λόγῳ ὑγιεῖ χρῆσθαι, uerum tamen paulo post Aristarchi fulcit sententiam haud spernendis rationibus: ὁ μέντοι Ἀρίσταρχος καὶ τῷ χαρακτῆρι τῆς φωνῆς ἐπείσθη καὶ οὕτως ἐβάρυνεν· ἐπεὶ γὰρ αἱ εἰς νων λήγουσαι μετοχαί, ἔχουσαι πρὸ τοῦ ν σύμφωνον κατ' ἐπιπλοκὴν, ἤτοι ἐβαρύνοντο ἢ περιεσπῶντο, οὐδέποτε δὲ ὠξύνοντο ὥσπερ ἔχει ἡ τέμνων κάμνων πιτνῶν (cod. πιτνών· πιτνῶν defendit Lobeck. cf. Lehrs. Herodianus p. 303) ἐδοκίμαζε καὶ τὴν πέφνων βαρύνειν οὐχὶ ὀξύνειν. Simili ratione participium compositum καταπέφνων Aristarchus legit, ut tradidit Herodianus in priore huius scholii parte: Τυραννίων τὴν εὐθεῖαν ὀξύνει καταπεφνών (Ρ 539) τοῦ Ἀριστάρχου βαρύνοντος· et ad Ρ 539: καταπέφνων: Ἀρίσταρχος ὡς τέμνων[89]). — Aristarchus uerba ἔρυτο uel εἴρυτο et haud dubie εἴλυται (Μ 286) simili accentu notauit secunda paradosi quae uocatur Herodiano annuente, qui schol. Π 542 et εἴλυτο (Π 640. ε 403) et εἴρυτο Π 542 ut ἐζεύγνυτο uel ἤνυτο (ε 243) analogiam

[85]) Gesch. d. Sprachwiss. p. 461.

[86]) Bekker, An. Gr. II. 637, 17. 791, 18.

[87]) περὶ ὀξυτόνων ap. Cramer. An. Oxon. IV. p. 337, 20.

[88]) Eustath. 1334, 20. 1352, 47. 1439, 5. Lehrs, de Arist. etc. p. 301. Steinthal, Gesch. d. Sprachwiss. p. 461. Schol. ABV ad B 316. Etym. M. 694, 22. Cramer, An. Par. III, 153, 15.

[89]) Cramer, Epim. 359, 14. Etym. Gud. 461, 19. La Roche, Hom. Textkrit. p. 341. Lehrs, de Arist. etc. p. 256. Steinthal, Gesch. d. Sprachwiss. p. 462.

uerborum in $\overline{\mu\iota}$ sequi prodit, cf. schol. *Δ* 138: *τὸ ἔρυτο ψιλοῦται καὶ προπαροξύνεται· οὕτως Ἀρίσταρχος καὶ ἐπείσθη αὐτῷ ἡ παράδοσις.* *Π* 542: *εἴρυτο: Ἀρίσταρχος τρίτην ἀπὸ τέλους τὴν ὀξεῖαν ποιεῖ ὑγιῶς πάνυ* cf. Etym. M. 304, 13. Tyrannio uero scripsit *εἰρῦτο* contractum putans ex *εἰρύετο* [90]). — Qua cura Herodianus fidus Aristarchi uestigia in hac parte grammatica presserit, demonstrat schol. *Π* 47, ubi eandem cui oppido indulgebat Aristarchus synecdromes rationem Herodianus sequitur atque infinitiuos *ἔρεσθαι φέρεσθαι δέρεσθαι* proparoxytonos legendos esse contendit intuens uocis characterem, sed *λιτέσθαι λιπέσθαι πιθέσθαι ἰδέσθαι ἱκέσθαι* paroxytonos *πεισθεὶς οὐ τῷ λόγῳ ἀλλὰ τῷ χαρακτῆρι τῆς φωνῆς* uel *τῇ τῆς φωνῆς ὁμοιότητι* [91]). — Personae secundae coniunctiui praesentis uerbi *δύνασθαι* Aristarchus antepaenultimae imposuit accentum legens *δύνηαι* analogiam secutus, ut scholiasta tradidit, similium *λέγηαι φέρηαι ὄληαι*, uid. Herodiani schol. *Ζ* 229.

§ 9. De reliquis in accentuum doctrina rationibus.

Proxima paragrapho de synecdrome fundamento quodam modo iacto doctrinae Aristarchi de proportione quae est in uocabulis accentuum notis distinguendis pergimus ad reliquias interdum abhorrentes a synecdrome, quae demonstrent, quibus praeter illam in accentuum doctrina rationibus usus sit grammaticus noster. Simul fore spes est ut appareat, quanta in ea re egerit cautione ac modestia uir egregius, qui in uniuersum quidem primam sibi posuit legem, ut ait Lehrsius, ut quod ex Homero ipso effici posset, in iis huic uni duci sese addiceret. Quod statim apparebit. *θήλεας* accusatiuum pluralis adiectiui *θῆλυς* generis communis Aristarchus esse censuit et eam ob rem antepaenultimae accentum dedit, ut usum sermonis Homerici seruaret. Schol. Herodiani *Ε* 269: *θήλεας: τρίτη ἀπὸ τέλους ἡ ὀξεῖα, ἵν' ἀπ' εὐθείας τῆς θῆλυς ᾖ κεκλιμένον ... οὕτως Ἀρίσταρχος καὶ ὁ Ἀσκαλωνίτης.* Hellanicum [92]) autem legisse *θηλέας* hoc est *θηλείας* [93]) simili accentu ac *ταχέας* „*ὡς Δωρικῶς ἐκτιθεμένου τοῦ ποιητοῦ*" testatur Aristonicus ad *Ε* 269 et addit: *τὸ δὲ τοιοῦτο παρ' Ἡσιόδῳ πλεονάζει, Ὅμηρος δὲ οὐ χρῆται* [94]). Duncanius in lexico Homerico-Pindarico s. u. *θῆλυς* p. 536 addidit: frustra sunt qui h. l. legunt *θηλέας* pro *θηλείας*; Attici enim amant adiectiua generis communis. — Nominis *ἀρηγών* syllabae ultimae Aristarchum imposuisse acutum per analogiam pluralis *ἀρηγόνες* quo Homerus utitur *Δ* 7 tradit schol. Vict. ad *Ε* 511: *ἀρηγών: Ἀρίσταρχος ὀξυτόνως· καὶ δῆλον ἐκ τῆς πλαγίου „δοιαὶ μὲν Μενελάῳ ἀρηγόνες* (*Δ* 7). — Aristarchus *μογοστόκοι* legit paenultimae accentu adiecto Herodiano teste ad *Λ* 270: *Ἀρίσταρχος παροξύνει.* Secutus est Aristarchus in accentu diiudicando analogiam nominum in $\overline{\text{ος}}$ desinentium compositorum ex duabus partibus,

[90]) Schol. *Ω* 1. Lehrs, de Arist. etc. p. 256 sq. La Roche, Hom. Textkrit. p. 240. sq.

[91]) Cramer, Epim. 350, 9. An. Oxon IV. 208, 8. 421, 20. Etym. M. 304, 33. Lehrs, de Arist. etc. p. 256. La Roche, Hom. Textkrit. p. 259 sq.

[92]) Suid. s. u. Eustath. ad Il. O 651. T 90. La Roche, Hom. Textkrit. p. 5.

[93]) Eustath. p. 546, 43.

[94]) Cramer, An. Par. III. 284 sup.

quarum posterior si ex uerbi stirpe deriuata est, habet acutum, ut agendi notio nomini insit; atque ultimae syllabae imponitur acutus, si paenultima longa est, sin breuis, paenultima habet acutum e. g. *παιδαγωγός* paedagogus, *μητροκτόνος* matricida. Atuero si patiendi notio in nomine inest, neque ultima neque paenultimà accentu notatur sed antepaenultima e. g. *μητρόκτονος* occisus a matre, *αὐτόγραφος* manu propria scriptus. Aristarchus legit *μογοστόκος*, cui inest agendi notio, ut recte dicit Herodianus, cum ex partu laborantibus Ilithyia (cf. Horat. carm. saec. 14.) opem ferat [95]), non ipsa laboret.

Scholio Herodiani *Λ* 495 Aristarchus defenditur, qui nominis *ἀφυσγετός* syllabae ultimae acutum dedit, non ut Tyrannio syllabae ab ultima tertiae *ἀφύσγετος*. Qua in re analogiam uocabuli *λαιλαπετός* et similium Aristarchus secutus est, de quibus canonem quo accentu notantur Herodianus tradit ad *Λ* 495: *τὰ ὑπὲρ τρεῖς συλλαβὰς διὰ τοῦ* $\overline{\text{ετος}}$ *ἐκφερόμενα μὴ ἔχοντα παρασχηματισμὸν θηλυκοῦ ἐπιθετικῶς μὲν λαμβανόμενα τρίτην ἀπὸ τέλους θέλει ἔχειν τὴν ὀξεῖαν ὥςπερ ἔχει ὁ ἀμαιμάκετος περιμήκετος· τὸ δὲ λαιλαπετός μὴ ὂν ἐπιθετικὸν ὠξύνθη καὶ τὸ Ἰαπετός ἐπὶ κυρίου.* Quoniam autem hoc loco *ἀφυσγετός* nominis substantiui, non adiectiui prae se ferat notionem recte ab Aristarcho oxytonos scriptum esse addit scholiasta. — Eustathius p. 899, 54 exposuit, cur Aristarchus adiectiui *ὑψιπέτης* paenultimae acutum imposuisset, cum alii perispomenon legerent, his: *τὸ δὲ ὑψιπέτης βαρύνεται κατὰ Ἀρίσταρχον πρὸς διαστολὴν τοῦ ὑψιπετῆς ὃ δηλοῖ τὸν ἐξ ὕψους πεσόντα κτἑ.* Sed ficta et commenticia tradit hoc loco episcopus Thessalonicensis. Nullum uero aliam ob causam Aristarchum legisse *ὑψιπέτης* quam quod uocatiuo Homerum uti uidit adiectiui similis *ὠκυπέτα* (*Θ* 42. *Ν* 24.), ex qua forma patet uocabula *ὠκυπέτης* et *ὑψιπέτης* primae esse declinationis, tradidit Herodianus ad *Μ* 201 [96]). — Idem ad *Π* 324 ait Aristarchum aduerbii *ἄχρις* paenultimae imposuisse acutum ratione habita aduerbii similis *μέχρις*. Deinceps aduerbiorum in $\overline{\text{ις}}$ canonem prodit hunc: *τὰ εἰς* $\overline{\text{ις}}$ *ἐπιρρήματα δισύλλαβα βαρύνεται ὡς ἔχει τὸ ἄνις ἅλις μόγις ἄχρις αὖθις· ὀξύνεται δὲ τὸ χωρίς καὶ ἀμφίς, διότι μακρὰν ἔσχεν ἤτοι φύσει ἢ θέσει. κτἑ.* Idem ad *Π* 390 de accentu substantiui *χαράδρα* docet haec: *πρὸ τέλους ἡ ὀξεῖα ὡς φαρέτραι· προείρηται δὲ τὰ τῆς ἀναλογίας· οὕτως δὲ καὶ Ἀρίσταρχος.* (cf. Lehrs. de Arist. etc. p. 298.) Uerum tamen uocabuli *χαράδρα* nusquam iterum in prosodia quae superest Herodiani Iliaca fit mentio. — Aristarchus legit *ἐπιμίξ* simili accentu ac *κουρίξ* praeceptum secutus, quo aduerbiorum in $\overline{\text{ιξ}}$ desinentium ultimae acutus imponatur, quod dat Herodianus in schol. *Ξ* 60 his: *Ἀρίσταρχος ὡς κουρίξ· καὶ εἴπομεν ὅτι τὰ εἰς* $\overline{\text{ιξ}}$ *ἐπιρρήματα ὀξύνεται σημειωσάμενοι τὸ πέριξ βαρυνόμενον.* — Tyrannionem, qui u. *Ξ*. 396 legit *τοσσός γε*, Herodianus refutat obseruatione prolata, particula *γε* accentum uerbi quod antecedit nullo pacto commutari ideoque Aristarchum recte *τόσσος γε* legisse. Eodem modo Tyrannioni aduersatur, qui praepositionem *ὑπαί* per apocopen ex plena *ὕπαιθα* factam esse duxit, qua de causa legit *ὕπαι*. Herodianus Aristarchi lectionem

[95]) Terent. Andr. III. 1, 15. ed. Bip. Plaut. Aulul. IV. 7, 11. ed. Bip.

[96]) Lehrs, Qu. ep. p. 160. De Arist. etc. p. 304. Etym. M. 786, 7. La Roche, Hom. Textkrit. p. 372.

ὑπαί comprobat ratione habita loci alterius *Β* 824, ubi iterum occurrit praepositio (cf. *Γ* 217. *Κ* 376. *Λ* 417.) et similia produntur *καταί* et *παραί* et canon: *αἱ γὰρ προθέσεις ἐπαυξανόμεναι διὰ τοῦ ι φυλάσσουσι τὸν αὐτὸν τόνον.* cf. schol. *Γ* 217. — Herodianus adsentitur Aristarcho, qui uocatiui *κυλλοπόδιον* antepaenultimae dedit accentum (schol. *Φ* 331) analogiam tutatus, quod patet ex Herodiani canone, quem ponit ad uocatiuum similem *ὀλβιόδαιμον* in schol. *Γ* 182: *τὰ δὲ μακρᾷ παραληγόμενα βαρύτονα ἔχοντα κλητικὴν εἰς ον περατουμένην προπερισπᾶται ἁπλᾶ ὄντα Μαχᾶον Ἀρετᾶον· σύνθετα μέντοι ὄντα ἀναδίδωσι τὸν τόνον κυλλοπόδιον Ποσείδαον ὀλβιόδαιμον.* — Analogiam Aristarchus seruauit in accentu *φωριαμῶν* ut *κιβωτῶν*. Audi etymologum: *φωριαμὸς ἡ κιβωτός· τὰ διὰ τοῦ αμος τρισύλλαβα ἔχοντα τὴν πρὸ τέλους συλλαβὴν φύσει μακρὰν πάντα ὀξύνονται χηραμός οὐλαμός· οὕτως οὖν καὶ φωραμός καὶ πλεονασμῷ τοῦ ι φωριαμός· Ἡρωδιανὸς περὶ Ἀττικῶν προσῳδιῶν τρίτῃ ἀπὸ τέλους ἡ ὀξεῖα· οὐχ ὡς ἀνάλογον ἀλλ' ὡς Ἀττικόν. ἡ μέντοι συνήθεια ὀξυνόμενον ἔχει* (Et. M. 804, 20 sq.) Herodianus schol. *Ω* 228 tradidit, Aristarchum non ex sermone Attico sed analogiam seruantem accentum dedisse ultimae *φωριαμῶν ὡς κιβωτῶν.* — Aristarchus in uersu *Ω* 566 accusatiuum pluralis *φυλακούς* oxytonos scribi iussit *ὡς φρουρούς* atque nouum posuit substantiuum *φυλακός*, ortum a genetiuo substantiui *φύλαξ* et idem atque illud significans; uerba quorum analogiam secutus est seruauit Herodianus in canone ad *Ω* 566: *τὰ εἰς κος καθαρὸν λήγοντα ὑπὲρ δύο συλλαβὰς παραληγόμενα τῷ α προσηγορικὰ ἢ ἐπίθετα ὀξύνεται ἀνακός φαρμακός φυλακός*[97]. — Accusatiuum adiectiui *ζώς* (sic Arcad. p. 127, 1. Choerobosc. ap. Bekker. An. Gr. III. p. 1196 ima) Aristarchum acuto notasse discimus ex scholiis Didymi ad *Π* 445: *ζών: οὕτως Ἀρίσταρχος μονοσυλλάβως ζών* (sic cum Bekkero scrib.), *ἄλλοι δὲ ζωόν·* et: *οὕτως ζών αἱ Ἀριστάρχου ἀπ' εὐθείας τῆς ζώς. τὸν ζών· „ἦ κε ζὼς ἀμενηνὸς ἔα“* (*Ε* 887). Hinc apparet Aristarchum simili ratione scripsisse nominatiuum *ζώς* et accusatiuum *ζών*, de quo non dubitamus, obseruationis haud ignarum, uocabula monosyllaba in ως terminata generis masculini nunquam circumflexo distingui excepto uno *σῶς*, *ἐκεῖνο γάρ*, ait Eustathius p. 618, 10, *ἐκ τοῦ σάος ἢ σόος περιέσπασται ὡς ἐξ ὀξείας καὶ βαρείας κραθέν.* cf. Herodianum ad *Ε* 887. Etym. M. 413, 30. —

Dubitabatur de accentu participii *πείρων*. Pamphilus ultimam circumflexo insigniuit intuens formas quibus Homerus utitur uerbi *περῶ*: *περόωσι* ζ 272. et *περάᾳ* ε 174, quod per pleonasmum uocalis ι factum esse *πειρῶ* putabat, unde participium *πειρῶν*. (cf. schol. ϑ 183. Etym. M. 668, 30. Eustath. 1336, 25). Aristarchus uero legit *πείρων* ut *κείρων*, atque rationem eius Herodianus tradidit ipsis Aristarchi uerbis: *φησὶ* (i. Aristarchus) *γοῦν οὕτω γενόμενος ἐπὶ τοῦ πεῖρε* (β 434)· *τὸ πεῖρε διδάσκει ἡμᾶς καὶ τὴν πείρων μετοχὴν βαρύνειν· ὡς γὰρ ἔκειρε κείρων οὕτως ἔπειρε πείρων· εἰ γὰρ περιεσπᾶτο, ἦν ἂν ὁ παρατατικὸς ἐπείρα.* — Participii *στενάχων* paenultimae Aristarchus apposuit accentum, non ut Sidonius[98]) *στεναχῶν*. Ita legisse Aristarchum per analogiam reliquarum

---

[97]) Etym. M. 802, 3. Eustath. 1365, 47. Philemon, 189, 269. Schol. Apollon. Rhod. I. 132.
[98]) Beccard, de scholl. in Hom. Il. Ven. p. 61. La Roche, Hom. Textkrit. p. 71.

quae occurrunt apud Homerum eius uerbi formarum ueluti *στενάχοντος* (ϑ 95) *ἐπεστενάχοντο* (*Δ* 154) edocemur scholio ad *Λ* 364, quod haud dubie, ut ait Lehrsius (de Arist. stud. Hom. p. 303) ex ipsis Aristarchi commentariis est: *βαρύνεται ἡ μετοχή· διδασκόμεθα δὲ ἐξ ἐκείνου· „τοὺς δὲ βαρὺ στενάχων προσέφη κρείων Ἀγαμέμνων χειρὸς ἔχων Μενέλαον, ἐπεστενάχοντο δ' ἑταῖροι“. ἡ γὰρ ἐπίζευξις τοῦ ἐπεστενάχοντο διδάσκει ὅτι καὶ τὸ στενάχω βαρύνεται· εἰ γὰρ ἦν περισπώμενον ἐστεναχοῦντο ἐγίνετο ὡς ἐνενοοῦντο· καὶ ἡ κλίσις δὲ τοῦτο δείκνυσι· „βαρὺ δὲ στενάχοντος ἄκουσα“, οὐχὶ στεναχοῦντος, καὶ ἡ δοτικὴ „βαρὺ δὲ στενάχοντι“.* et schol. BL ad h. l. *ὁ Ἀρίσταρχος βαρύνει· τὰ πολλὰ γάρ, φησί, κινήματα ὡς ἀπὸ βαρυτόνου γέγονεν·* cf. Aristonic. ad *Ψ* 1. *Δ* 153. — Prorsus eadem de causa Aristarchus legit *κυλίνδει*, non *κυλινδεῖ*, nam poëta utitur formis *κυλίνδετο* (ϑ 81. λ 598. cf. *Ξ* 411.) *κυλίνδεται* (*Λ* 347. *Ν* 142. β 163. *Λ* 307.) *κυλινδομένη* (*Π* 794) *κυλίνδων* (ε 296. cf. ξ 315), *διό*, Herodianus ait, *καὶ βαρέως τὴν κυλίνδων ἀναγιγνώσκομεν.* cf. eiusdem ad α 162. — Itidem usu Homerico obseruato ac perspecto per analogiam aliarum apud poëtam eiusdem uerbi formarum Aristarchus infinitiui *γεγωνεῖν* ultimae circumflexum apposuit, cum Ptolemaeus paroxytonon legeret. Respexit Aristarchus quas Herodianus profert formas *ἐγεγώνεον* (ρ 161) et *γεγωνέμεν* (*Θ* 223. *Λ* 6) in schol. ad *Μ* 337. — Uocabulum φη uersus *Ξ* 499 Zenodotus idem significare ac particula *ὡς* duxit[99]) ideoque acuto insigniuit. Sed ei Aristarchus aduersatus est Didymo teste (schol. *Ξ* 499) et demonstrauit *ὅτι ὁ ποιητὴς οὐδέποτε οἶδε τὸ φή ἀντὶ τοῦ ὡς, οἱ δὲ μετ' αὐτὸν ὥσπερ Ἀντίμαχος καὶ οἱ περὶ Καλλίμαχον.* Qua de causa ut *βῆ* (*Β* 665. *Κ* 136. 336. ϑ 287. β 394. al.) ex *ἔβη* simili modo *φῆ* ex *ἔφη* factum esse putans circumflexo notauit. Quo facto uersui subsequenti pro spurio habito notam reiectionis appinxit, ut patet ex schol. *Ξ* 499. — Ex linguae consuetudine Aristarchus personam tertiam pluralis imperfecti *ἔνεσαν* proparoxytonos legit ut *ἔλεξαν* Herodiano teste ad *Ζ* 244: *ἔνεσαν ὡς ἔλεξαν· ἀληθὲς γάρ ἐστιν ὡς πᾶς παρῳχημένος δισύλλαβος παθὼν κατὰ τὴν ἀρχὴν καὶ βραχεῖαν ἀναδεξάμενος ἀναδίδωσι τὸν τόνον κατεῖχε κάτεχε· οὕτως οὖν ἀνέγνωμεν εἰςεῖδε Ξ 158 προσπερισπωμένως, τὸ δὲ εἴσιδ' (α 118) προπαροξυτόνως.*

Sed haec hactenus. Perpensis reliquiis quae huc pertinere uidebantur librorum Aristarchi quantumuis paucis et sub unum adspectum positis Aristarchum in doctrina de accentibus tam synecdromes, quam lubenter secutus est, quam declinationis coniugationisue uocabulorum inter se similium habuisse diligenter rationem omni ambiguitati exemptum est. Plerumque, si exceperis grammaticos, quos perfectioris pleniorisque analogiae uel anomaliae studium acre aliorsum traheret, omnes cum Aristarcho consenserunt, quae res demonstrat, tantum abesse ut cum uiolentia uel rigore Aristarchus linguae reluctanti suae doctrinae rationem atque imperium inculcaret, ut circumspecto iudicio in ea re omne cautionis genus adhiberet. Sed ab accentibus nondum discedere nobis licet. Superest ut de accentu nominum propriorum quae ad rem pertineant proponamus, denique nonnulla quae anomaliae speciem quandam praebeant subiungamus.

---

[99]) Idem fecit u. B. 144. secutus est J. Bekker, Hom. Bl. I. p. 56, 16. sq. et G. Hermann, scripsit Hymn. Mercur. 241. *φή ῥα νεόλλοντος* pro *δή ῥα νεόλλοντος.*

§ 10. De accentu nominum propriorum.

Herodianus ad *E* 69 de accentu nominis proprii *Πήδαιος* tradidit haec: *Ἀρίσταρχος ὡς Πήδασον, καὶ ἐπεκράτησεν· καὶ ἴσως ἔχει ἀφορμὴν τοιαύτην ὡς πολλάκις τὰ τοιαῦτα τρίτην ἀπὸ τέλους ἔχει τὴν ὀξεῖαν, εἰ ῥῆμα αὐτῶν προκατάρχοι, ὥσπερ ἔχουσι τὸ βέβαιος (παρὰ γὰρ τὸ βέβηκα) ὡς τὸ Φίλαιος τὸ Νίκαιος τὸ Τίμαιος· τοιοῦτον οὖν καὶ Πήδαιος· οὐ γάρ, ὡς οἴεται ὁ Ἄβρων, παρὰ τὴν πῆδον· ἐοικὸς γὰρ μᾶλλον ἥρωϊ παρὰ τὸ πηδᾶν ἐσχηματίσθαι.* Ex quibus apparet Herodianum causas quibus commotus Aristarchus ita ut fecit accentum posuerit prorsus nescire. Seruatum alterum de hoc nomine Herodiani testimonium ap. Cramer. An. Par. III. p. 283. ubi profert canonem de nominibus propriis in αιος terminatis, cuius tamen exceptio *Πήδαιος*: *Πήδαιον βαρυτονητέον· τὰ γὰρ διὰ τοῦ αιος ὀνόματα τρισύλλαβα κύρια μὴ ὄντα ἀπὸ ῥημάτων παράγωγα μηδὲ σύνθετα ἢ ἀντιδιαστελλόμενα προσπερισπώμενά εἰσιν· οἷον Ἀλκαῖος Ὑβλαῖος Μουσαῖος· μὴ ἀπὸ ῥημάτων εἶπε παράγωγα διὰ τὸ τιμῶ Τίμαιος καὶ λύω Λύαιος καὶ φιλῶ Φίλαιος καὶ πηδῶ Πήδαιος. κτἑ.* Sed haerebimus, an hunc canonem Aristarchi aeuo, quocum omnis demum subtilitas grammatica nata est, cognitum fuisse confidenter pronuntiare audeamus nec potius grammaticorum qui uestigia eius secuti sunt sudore elaboratum atque excusum esse censeamus. Sed age cum illis conferenda sunt quae de Aristarcho tradunt schol. LV ad *E* 609: *Ἀρίσταρχος Μενεσθῆν ὡς Ἀπελλῆν· τινὲς δὲ διὰ τοῦ τ Μενέστην ὡς Ὀρέστην· κτἑ*[100]). Neuter scholiasta diserte exploratam et certam Aristarchi prodere potuit rationem de accentibus. Quid multa? Etiam in his Aristarchi lectionibus, breuiter ut dicamus quod sentimus, ualuit illa ratio analogiae, quae uocis respexit similitudinem nihil nisi formae externae inhaerens, synecdrome quae uocabatur, quae uix usquam tam prompta ac proposita uidetur quam in his: *Πήδαιος* ut *Πήδασος*, *Μενεσθῆν* ut *Ἀπελλῆν*. Neque aliter iudicandum esse existimamus de nominibus *Κάρησος* et *Μέγην*. Herodianus enim ad *M* 20 tradidit Tyrannionem oxytonos legisse *Καρησός*, quod fluuii nomen a Cyzicenis ita pronuntiaretur, Aristarchum uero proparoxytonos *Κάρησος* ut *Κάνωβος*. Fulcit deinceps Aristarchi sententiam obseruatione prolata, quidquid regionum uel ciuitatum sermonis proprium in Homericis ualere non posse, *ὅτι οὐ πάντως ἐπικρατεῖ ἡ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν χρῆσις καὶ ἐπὶ τὴν Ὁμηρικὴν ἀνάγνωσιν ... οὕτως οὖν εἰκὸς καὶ ἐπὶ τοῦ Κάρησος μὴ πεισθῆναι τὸν Ἀρίσταρχον ὁμοίως τοῖς ἐγχωρίοις προενέγκασθαι τὴν λέξιν*[101]). Steinthalii (Gesch. d. Sprachwiss. p. 458) transscribamus de hac re iudicium: ‚Hatte Aristarch einmal die sichere Erkenntniss gewonnen, dass Homer nur aus sich selbst zu verstehen sei, dass es geradezu nur Irrthümer veranlasse, von der Gegenwart und der nachhomerischen Zeit überhaupt auf Homer zu schliessen: so schien es ihm folgerecht, sich auch in Bezug auf den Accent nicht durch die spätere Aussprache leiten zu lassen.“ Uerum tamen

[100]) Eustath. p. 596, 36. Cramer, An. Ox. III, p. 251.
[101]) Eustath. p. 890. Lehrs, de Arist. stud. Hom. p. 262. J. Bekker, Hom. Bl. I. p. 162 quem perpaucis hoc caput impeditissimum absoluisse queritur Lehrsius l. s.

peruicacius nomina propria retinere solet saeculorum decursus. — Controuersia erat inter grammaticos de accentu accusatiui nominis proprii *Μέγης* (*B* 627. *E* 69. *N* 692. *O* 302. 520. *T* 239.). Herodianus ad *O* 302: *Ἀρίσταρχος βαρύνει ὡς „Μέσθλην τε Γλαῦκόν τε“* (*P* 216) *καὶ ἐπείσθη ἡ παράδοσις.* Ptolemaeus Ascalonita et alii ultimae dederunt circumflexum ut *Ἑρμῆν* et *Ποδῆν·* secuti hunc canonem: *τὰ εἰς ης λήγοντα βαρύτονα δισύλλαβα ἀπὸ βραχείας ἀρχόμενα περιττοσυλλάβως κλίνεται λέβητα Λάχητα· εἰ δ' οὐχ οὕτως ἐκλίθη, δῆλον ὅτι περισπασθήσεται.* Hinc apparere illi dixerunt formam accusatiui trisyllabam *Μέγητα*, qua Homerus utitur in u. *T* 239, proparoxytonos legendum esse, formam bisyllabam *Μέγην*, de qua hoc loco sermo, perispomenos ut *Θάλητα Θαλῆν, Φάλητα Φαλῆν·* Sequitur egregia Herodiani responsio qua Aristarchum defendit. Ac primum quidem canoni ab illis prolato, ait Aristarchi sospitator excellens, haudquaquam subiciendum est nomen *Μέγης*, cum minime omnia nomina in ης terminata sed in της perittosyllabos declinentur. Deinde nominum in ης permulta duplici ratione flectuntur e. g. *Μύνης*[102]), cuius genetiuo trisyllabo *Μύνητος* Homerus utitur (*T* 296), Sophocles autem bisyllabo *Μύνου*[103]) in *Αἰχμαλωτίσιν*, itidem declinantur *μύκητα* et *μύκην*, cuius rei testes Hecataei fragmentum: *καὶ ἐπαφήσας τὸν κολεὸν τοῦ ξίφεος τὸν μύκην εὗρεν ἀποπεπτωκότα* et Arati (Diosem. 244): *ἢ λύχνοιο μύκητες ἀγείρονται περὶ μύξαν.* (*μύξαν* Lehrsius dedit). Denique dicit: *καὶ μή ποτε ταῦτα συναγωνίζεται τῷ Ἀριστάρχῳ· καὶ γὰρ ταῦτα διχῶς κλιθέντα οὐ μετέβαλε τὸν τόνον, οἷς ὅμοιον δύναται εἶναι καὶ τὸ Μέγης.* Çerte quod uideatur Aristarchi esse ex omnibus ab Herodiano coaceruatis nihil est nisi Aristarchum *Μέγην* notasse simili accentu ac *Μέσθλην*, in quo quin purum putum synecdromes cognoscamus exemplum facere non possumus. — Sequitur dissensus de accentu nominum propriorum *Αἰπύ Ἱρήν Ἀμφότερόν Γλαύκη*. Quod caput quam expeditu difficile sit, demonstrat quod ne Lehrsio quidem, Aristarcheae doctrinae inuestigatori acutissimo, ueri simile quicquam nedum certum de hac re statuere licuit, de qua certum profecto Steinthalii illud: „Andrerseits ist doch kein Kreis von Regeln so vielfältig von Ausnahmen durchbrochen als der über den Accent der Eigennamen.“ Sed quid tergiuersamur cum habeamus testimonia? Principium notum adiectiua cum in nomina propria abeunt alio quam antea notari accentu duobus Herodiani de Aristarcho probatur testimoniis ad *Π* 415: *Ἀμφοτερόν: εἰς διαστολὴν τὸ κύριον ὀξυτόνως ἀνέγνω ὁ Ἀρίσταρχος ὡς δεξιτερόν· καὶ ἐπείσθησαν οἱ γραμματικοί· περὶ δὲ τῆς τοιαύτης ἀνωμαλίας τοῦ ἀνδρὸς ἐν ἑτέροις ἡμῖν εἴρηται* (cf. schol *B* 153. Eustath. p. 109, 45) et ad *Σ* 39: *ἐνθάδε ἐβάρυνεν ὁ Ἀρίσταρχος τὸ Γλαύκη εἰς ἀποφυγὴν τοῦ ἐπιθετικοῦ γλαυκή* (*Π* 34). *ἐπὶ δὲ τοῦ Νημερτής τε καὶ Ἀψευδής οὐκ ἐποιήσατο μεταβολὴν τόνου.* Uides prorsus contrario modo ab Aristarcho accentu notata adiectiua, qui uarias significationes accentu distinxit in *Γλαύκη* et *γλαυκή*, *Ἀμφοτερόν* et *ἀμφότερον*, non distinxit *Ἀψευδής* et *ἀψευδής*, *Νημερτής* et *νημερτής*. De his audi Lehrsium: „at interest utrum sic fingas nomina ut propriam adiectiui significationem audientis

[102]) Uir Briseïdis, quem Achilles occidit et nuptam ei captiuam abduxit.
[103]) Choerobosc. in indice I. Bekkeri ad An. Gr. III. p. 1399. Eustath. p. 1017: *τὸ γοῦν Μύνης Ὅμηρος μὲν Μύνητος κλίνει, Σοφοκλῆς δὲ ἰσοσυλλάβως.*

animo insinuari uelis an ita ut in mera propria abeant". Et paulo post: „ergo hoc dico, qui excogitabat haec nomina, noluisse eas qui audirent significationem celari, sed placuisse sibi sicubi commodum esset in aperiendo". Itidem Aristarchum accentu diuerso non distinxisse adiectiua *ἱρήν* et *αἰπύ* et nomina propria *Ἱρήν* et *Αἰπύ* tradit Herodianus ad *I* 150: *Ἱρήν: Ἀρίσταρχος ὀξύνει ὁμοίως τῷ ἐπιθετικῷ Ἱρήν*[104]*· εἰσὶ δὲ οἳ βαρύνουσιν εἰς ἰδιότητα· ἡ δὲ αὐτὴ ἀναλογία ἐχώρει καὶ ἐπὶ τῶν εἰς* ‾ος‾*· καὶ πάλιν ὡς ἐπ' ἐκείνων ἐλέγομέν τινα ὁμοτόνως μένειν οὕτως καὶ ἐπὶ τούτων.* Alterum Herodiani testimonium ad *B* 592: *ἐΰκτιτον Αἰπύ: Ἀρίσταρχος ὡς ὀξύ· .... χρὴ μέντοι γινώσκειν, ὅτι ἀναλογωτέρα ἀνάγνωσις ἦν ἡ βαρεῖα· τὰ γὰρ εἰς υ μονογενῆ οὐδέτερα βαρύνεται πῶϋ μέθυ· ταῦτα ἐν τῇ προσῳδίᾳ· καὶ ἐν τῇ καθόλου δὲ ὁμοίως ἀμφίβολον αὐτὸ ἐᾷ.* Incertae igitur etiam in his uidentur causae, quibus Aristarchus adductus analogiam posthabuerit, quem tamen *οὖρος* et *οὐρός*, *δῆμος* et *δημός*, *ἄκμηνος* et *ἀκμηνός* ad diuersas uocabulorum significationes indicandas accentu seiunxisse Herodianus testis schol. *B* 153: *οὐρούς: ἀνεγνώσθη κατ' ὀξεῖαν τάσιν· ὁ γὰρ Ἀρίσταρχος παρήγγελλεν ... ἴσως οὖν εἰς ἀποφυγὴν τοῦ ἐπὶ τοῦ ἀνέμου. καὶ γὰρ καὶ ἐπ' ἄλλων τὸ τοιοῦτο ποιεῖ ὁ ἀνήρ.* schol. *Θ* 240: *δημὸν Ἀρίσταρχος κατ' ὀξεῖαν τάσιν ἐπὶ τοῦ λίπους· τὸ γὰρ ἐπὶ τοῦ πλήθους βαρύνει.* cf. ad *M* 213. Tertium est schol. V ad *ψ* 191. — Restat ut addamus testimonium de accentu Aristarcheo nominis *Κριός*, quod a substantiuo *κριός* i. e. aries Aristarchus accentu non distinxit teste etymologo in Etym. M. 539, 20.

§ 11. De accentibus praeter legem proportionis.

Perlustrantibus nobis reliquias doctrinae Aristarchi de accentibus, quae maximam partem prae se ferunt analogiae studium, non absonum uidetur, ut Aristarchi rationem etiam ex altera parte pertemptare conemur, testimoniis illis supra allatis quaedam per saturam subiungere, quae haud obscura documenta sint, minime pertinaciter Aristarchum egisse sed uel usui uel consuetudini antiquitus traditae non numquam morigeratum hic illic ab analogiae uia deflexisse. Ac primum quidem omnium quos Aristarchus scripsit accentuum nullus memorabilior quam substantiui *δηϊοτής*, de quo Herodianus ad *Γ* 20: *οὕτως ὁ Ἀρίσταρχος προπερισπᾷ δηϊοτῆτι ὡς ἀπὸ ὀξυτόνου εὐθείας· τὸ δὲ κεφάλαιον ἐκτέταται ἐν τῇ Ἰλιακῇ προσῳδίᾳ*[105]. Huic addit Lehrsius[106] alterum *ἀνδροτής*, quod quin simili ac *δηϊοτής* accentu Aristarchus notauerit non dubitandum esse dicit. Quattuor eiusmodi nomina extant apud Choeroboscum 172. b.[107]: *ταχυτής βραδυτής ἀνδροτής δηϊοτής· καὶ τὸ τραχύτης καὶ κουφότης οἱ Ἀθηναῖοι ὀξύνουσι τραχυτής καὶ κουφοτής λέγοντες.* Lehrsius de Aristarcheis haec: „hic accentus antiquitus traditus erat. Mihi in his rebus uersanti iterum iterumque occurrit, etiam in obsoletioribus

---

104) Schol. I 292. B 739: *Ὀρθήν οὕτως ὀξυτόνως· ἐπιθετικῶς γὰρ τέτακται.*
105) Zonar. Lex. 499.
106) De Arist. stud. Hom. p. 261.
107) Herodian. *περὶ μον. λέξεως* 33, 20. ap. Lehrs. Herodian. p. 114.

uocabulis aliquam de accentu traditionem fuisse"[108]. — Eodem modo Aristarchus analogiam acriter laesit in aduerbio *ἁμαρτή*, cuius ultimae acutum dedit abiecto iota adscripto teste Herodiano ad *E* 656: *τὸ ἁμαρτῇ ὀξύνει ὁ Ἀρίσταρχος βουλόμενος ἀπὸ τοῦ ἁμαρτήδην ἀποκεκόφθαι· κτἑ.* Ne uocis quidem character eum mouit, ut canonem sequeretur, quod ait Herodianus ad *Φ* 162: *ἁμαρτῇ περισπαστέον καὶ σὺν τῷ ι γραπτέον κατὰ τὸν χαρακτῆρα τῶν εἰς* ‾τη‾ *ληγόντων ἐπιρρημάτων· καὶ διελέγχει ἡ παράδοσις τὸν Ἀρίσταρχον ἔχουσα τὸ ι*[109]. — Similiter ac de *ἁμαρτή* cum Aristarcho non senserunt Herodianus, nedum Ascalonita alii de accentu uocis *περκνός*, quem praeter canonem a scholiasta prolatum Aristarchus statuit Herodiano teste ad *Ω* 316: *τὸ περκνὸς ὀξύνεται ὁμοίως τῷ πυκνός· οὕτως καὶ ὁ Ἀσκαλωνίτης μεταλαμβάνων εἰς τὸν μέλανα· καὶ ἐμοὶ δὲ δοκεῖ οὕτως ἔχειν ὑγιῶς, ἐπεὶ οὐδὲ παραλήγεται τῇ* ‾ερ‾ *συλλαβῇ ὡς καὶ τὰ προκείμενα· ὁ μέντοι Ἀρίσταρχος ἀετοῦ εἶδος καὶ βαρύνει, ἀλλ' ἐπείσθη ἡ παράδοσις τοῖς ὀξύνουσιν.* cf. Etym. M. 591, 25. — Ualet etiam in his Varronis dictum in libro I de sermone latino ad Marcellum[110]: „consuetudo non ratione analogiae sed uiribus par est, ideo solum recepta, quod multorum consensione conualuit, ita tamen ut illi artis ratio non accedat sed indulgeat. Nam ea e medio loquendi usu placita adsumere consueuit"[111]. Etenim consuetudinem uolgarem procul dubio tutatus est Aristarchus, cum accusatiuos *ἠῶ* et *αἰδῶ* circumflexo notaret, attamen *Πυθώ* et *Λητώ* acuto[112]. Qua in re quod temere et inconstanter egerit a Dionysio Thrace reprehenditur his: *ἐχρῆν ὁμοίως ἀνεγνωκέναι*, defenditur ab Herodiano, qui recte distingui accentu uocabula illa contendit, quippe quorum nominatiui dissimiles sint, *ἠώς* et *αἰδώς*, *Πυθώ* et *Λητώ*. Buttmannus[113] ad haec annotat: Die grammatiker pflegen zu klügeln, wenn sie ein vorhandenes factum zu begründen streben. Dagegen sind diejenigen, welche in beiden fällen *ώ* oder in beiden *ῶ* geschrieben wissen wollten, in weit gegründeterem verdacht der meisterung eines vorhandenen gebrauchs: denn diese ist auch eine grammatische sitte. — Simili ratione Aristarchus accentus genetiuorum *θώων δυσώδων* usui loquendi concessit, quos ad analogiae amussim aequiparare non potuit nisi inauditos linguae inculcaret accentus. De *θώων* tradit Herodianus ad *N* 103: *Ἀρίσταρχος βαρύνει τὸ θώων καὶ ἐπείσθη ἡ παράδοσις· ὁ δὲ Πάμφιλος περισπᾷ, ἐπεὶ τὰ εἰς* ‾ες‾ *λήγοντα δισύλλαβα ὀνόματα ἐπ' εὐθείας πληθυντικῆς ἔχει γενικὴν περισπωμένην·* Hunc canonem secutus Pamphilus omnes eius generis

---

108) De Arist. etc. p. 261. Steinthal, Gesch. d. Sprachwiss. p. 464. Apollon. Lex. Hom. 58, 6. La Roche, Hom. Textkrit. p. 224.
109) Zonar. Lex. 164. Eust. 592, 19. 1229, 18. Cramer, An. Par. III. 292, 7. Oxon. III. 279, 10. Etym. M. 78, 20. Lehrs, de Arist. etc. p. 301. sq. qui aeque miratur. La Roche, Hom. Textkrit. p. 119. 188.
110) Ap. Diomed. p. 439, 15. cf. Wilmanns de M. Ter. Varr. libr. gram. p. 171.
111) Horat. ep. ad Pis. 71. usus, quem penes arbitrium est et ius et norma loquendi. Sext. Empir. adu. math. 644, 27. 645, 15. 651, 6. ed. Bekk.
112) Bekker, An. Gr. III. p. 1202 sq. schol. B 262. I 240.
113) Gram. Gr. I. p. 185. not. ed. II. 1830. Lehrs, de Arist. etc. p. 252 sq. Apollon. Dysc. de pron. p. 112 B. Etym. M. 30, 40.

animo insinuari uelis an ita ut in mera propria abeant". Et paulo post: „ergo hoc dico, qui excogitabat haec nomina, noluisse eas qui audirent significationem celari, sed placuisse sibi sicubi commodum esset in aperiendo". Itidem Aristarchum accentu diuerso non distinxisse adiectiua *ἱρήν* et *αἰπύ* et nomina propria *Ἱρήν* et *Αἰπύ* tradit Herodianus ad *I* 150: *Ἱρήν: Ἀρίσταρχος ὀξύνει ὁμοίως τῷ ἐπιθετικῷ Ἱρήν* [104]) · *εἰσὶ δὲ οἳ βαρύνουσιν εἰς ἰδιότητα· ἡ δὲ αὐτὴ ἀναλογία ἐχώρει καὶ ἐπὶ τῶν εἰς* ος· *καὶ πάλιν ὡς ἐπ' ἐκείνων ἐλέγομέν τινα ὁμοτόνως μένειν οὕτως καὶ ἐπὶ τούτων.* Alterum Herodiani testimonium ad *B* 592: *ἐΰκτιτον Αἰπύ: Ἀρίσταρχος ὡς ὀξύ· .... χρὴ μέντοι γινώσκειν, ὅτι ἀναλογωτέρα ἀνάγνωσις ἦν ἡ βαρεῖα· τὰ γὰρ εἰς υ μονογενῆ οὐδέτερα βαρύνεται πῶϋ μέθυ· ταῦτα ἐν τῇ προσῳδίᾳ· καὶ ἐν τῇ καθόλου δὲ ὁμοίως ἀμφίβολον αὐτὸ ἐᾷ.* Incertae igitur etiam in his uidentur causae, quibus Aristarchus adductus analogiam posthabuerit, quem tamen *οὖρος* et *οὐρός*, *δῆμος* et *δημός*, *ἄκμηνος* et *ἀκμηνός* ad diuersas uocabulorum significationes indicandas accentu seiunxisse Herodianus testis schol. *B* 153: *οὐρούς: ἀνεγνώσθη κατ' ὀξεῖαν τάσιν· ὁ γὰρ Ἀρίσταρχος παρήγγελλεν ... ἴσως οὖν εἰς ἀποφυγὴν τοῦ ἐπὶ τοῦ ἀνέμου. καὶ γὰρ καὶ ἐπ' ἄλλων τὸ τοιοῦτο ποιεῖ ὁ ἀνήρ.* schol. *Θ* 240: *δημὸν Ἀρίσταρχος κατ' ὀξεῖαν τάσιν ἐπὶ τοῦ λίπους· τὸ γὰρ ἐπὶ τοῦ πλήθους βαρύνει.* cf. ad *M* 213. Tertium est schol. V ad *ψ* 191. — Restat ut addamus testimonium de accentu Aristarcheo nominis *Κριός*, quod a substantiuo *κριός* i. e. aries Aristarchus accentu non distinxit teste etymologo in Etym. M. 539, 20.

§ 11. De accentibus praeter legem proportionis.

Perlustrantibus nobis reliquias doctrinae Aristarchi de accentibus, quae maximam partem prae se ferunt analogiae studium, non absonum uidetur, ut Aristarchi rationem etiam ex altera parte pertemptare conemur, testimoniis illis supra allatis quaedam per saturam subiungere, quae haud obscura documenta sint, minime pertinaciter Aristarchum egisse sed uel usui uel consuetudini antiquitus traditae non numquam morigeratum hic illic ab analogiae uia deflexisse. Ac primum quidem omnium quos Aristarchus scripsit accentuum nullus memorabilior quam substantiui *δηϊοτής*, de quo Herodianus ad *Γ* 20: *οὕτως ὁ Ἀρίσταρχος προπερισπᾷ δηϊοτῆτι ὡς ἀπὸ ὀξυτόνου εὐθείας· τὸ δὲ κεφάλαιον ἐκτέταται ἐν τῇ Ἰλιακῇ προσῳδίᾳ* [105]). Huic addit Lehrsius [106]) alterum *ἀνδροτής*, quod quin simili ac *δηϊοτής* accentu Aristarchus notauerit non dubitandum esse dicit. Quattuor eiusmodi nomina extant apud Choeroboscum 172. b. [107]): *ταχυτής βραδυτής ἀνδροτής δηϊοτής· καὶ τὸ τραχύτης καὶ κουφότης οἱ Ἀθηναῖοι ὀξύνουσι τραχυτής καὶ κουφοτής λέγοντες.* Lehrsius de Aristarcheis haec: „hic accentus antiquitus traditus erat. Mihi in his rebus uersanti iterum iterumque occurrit, etiam in obsoletioribus

---

[104]) Schol. I 292. B 739: *Ὀρθήν οὕτως ὀξυτόνως· ἐπιθετικῶς γὰρ τέτακται.*
[105]) Zonar. Lex. 499.
[106]) De Arist. stud. Hom. p. 261.
[107]) Herodian. *περὶ μον. λέξεως* 33, 20. ap. Lehrs. Herodian. p. 114.

uocabulis aliquam de accentu traditionem fuisse" [108]). — Eodem modo Aristarchus analogiam acriter laesit in aduerbio *ἁμαρτή*, cuius ultimae acutum dedit abiecto iota adscripto teste Herodiano ad *E* 656: *τὸ ἁμαρτῇ ὀξύνει ὁ Ἀρίσταρχος βουλόμενος ἀπὸ τοῦ ἁμαρτήδην ἀποκεκόφθαι· κτἑ.* Ne uocis quidem character eum mouit, ut canonem sequeretur, quod ait Herodianus ad *Φ* 162: *ἁμαρτῇ περισπαστέον καὶ σὺν τῷ ι γραπτέον κατὰ τὸν χαρακτῆρα τῶν εἰς* τη *ληγόντων ἐπιρρημάτων· καὶ διελέγχει ἡ παράδοσις τὸν Ἀρίσταρχον ἔχουσα τὸ ι* [109]). — Similiter ac de *ἁμαρτή* cum Aristarcho non senserunt Herodianus, nedum Ascalonita alii de accentu uocis *περκνός*, quem praeter canonem a scholiasta prolatum Aristarchus statuit Herodiano teste ad *Ω* 316: *τὸ περκνὸς ὀξύνεται ὁμοίως τῷ πυκνός· οὕτως καὶ ὁ Ἀσκαλωνίτης μεταλαμβάνων εἰς τὸν μέλανα· καὶ ἐμοὶ δὲ δοκεῖ οὕτως ἔχειν ὑγιῶς, ἐπεὶ οὐδὲ παραλήγεται τῇ* ορ *συλλαβῇ ὡς καὶ τὰ προκείμενα· ὁ μέντοι Ἀρίσταρχος ἀετοῦ εἶδος καὶ βαρύνει, ἀλλ' ἐπείσθη ἡ παράδοσις τοῖς ὀξύνουσιν.* cf. Etym. M. 591, 25. — Ualet etiam in his Varronis dictum in libro I de sermone latino ad Marcellum [110]): „consuetudo non ratione analogiae sed uiribus par est, ideo solum recepta, quod multorum consensione conualuit, ita tamen ut illi artis ratio non accedat sed indulgeat. Nam ea e medio loquendi usu placita adsumere consueuit" [111]). Etenim consuetudinem uolgarem procul dubio tutatus est Aristarchus, cum accusatiuos *ἠῶ* et *αἰδῶ* circumflexo notaret, attamen *Πυθώ* et *Λητώ* acuto [112]). Qua in re quod temere et inconstanter egerit a Dionysio Thrace reprehenditur his: *ἐχρῆν ὁμοίως ἀνεγνωκέναι*, defenditur ab Herodiano, qui recte distingui accentu uocabula illa contendit, quippe quorum nominatiui dissimiles sint, *ἠώς* et *αἰδώς*, *Πυθώ* et *Λητώ*. Buttmannus [113]) ad haec annotat: Die grammatiker pflegen zu klügeln, wenn sie ein vorhandenes factum zu begründen streben. Dagegen sind diejenigen, welche in beiden fällen *ώ* oder in beiden *ῶ* geschrieben wissen wollten, in weit gegründeterem verdacht der meisterung eines vorhandenen gebrauchs: denn diese ist auch eine grammatische sitte. — Simili ratione Aristarchus accentus genetiuorum *θώων δυσώδων* usui loquendi concessit, quos ad analogiae amussim aequiparare non potuit nisi inauditos linguae inculcaret accentus. De *θώων* tradit Herodianus ad *N* 103: *Ἀρίσταρχος βαρύνει τὸ θώων καὶ ἐπείσθη ἡ παράδοσις· ὁ δὲ Πάμφιλος περισπᾷ, ἐπεὶ τὰ εἰς* ες *λήγοντα δισύλλαβα ὀνόματα ἐπ' εὐθείας πληθυντικῆς ἔχει γενικὴν περισπωμένην·* Hunc canonem secutus Pamphilus omnes eius generis

---

[108]) De Arist. etc. p. 261. Steinthal, Gesch. d. Sprachwiss. p. 464. Apollon. Lex. Hom. 58, 6. La Roche, Hom. Textkrit. p. 224.
[109]) Zonar. Lex. 164. Eust. 592, 19. 1229, 18. Cramer, An. Par. III. 292, 7. Oxon. III. 279, 10. Etym. M. 78, 20. Lehrs, de Arist. etc. p. 301. sq. qui aeque miratur. La Roche, Hom. Textkrit. p. 119. 188.
[110]) Ap. Diomed. p. 439, 15. cf. Wilmanns de M. Ter. Varr. libr. gram. p. 171.
[111]) Horat. ep. ad Pis. 71. usus, quem penes arbitrium est et ius et norma loquendi. Sext. Empir. adu. math. 644, 27. 645, 15. 651, 6. ed. Bekk.
[112]) Bekker, An. Gr. III. p. 1202 sq. schol. B 262. I 240.
[113]) Gram. Gr. I. p. 185. not. ed. II. 1830. Lehrs, de Arist. etc. p. 252 sq. Apollon. Dysc. de pron. p. 112 B. Etym. M. 30, 40.

genetiuos ut *Τρώων δμώων παίδων πάντων λάων τίνων* perispomenos legit[114]). Chaeris autem cum grammaticos summa ope sed frustra enisos esse uidisset, ut nomina haec monosyllaba una complecterentur lege, ad desperationem adductus in monosyllabis analogiam non esse statuit, cf. schol. *N* 103 fin: *Χαῖρις δέ φησιν οὐκ εἶναι ἐν δισυλλάβοις*[115]) *ἀναλογίαν*. Similiter ac Chaeris iudicauerunt Plinius[116]) Servius Marcianus Capella. Denique de *δυσώδων* est testimonium Theodosi ap. Bekker. An. Gr. III. p. 1006, 22: *τὸ δυσώδων Ἀρίσταρχος ἀλόγως ἐβάρυνε καὶ τριήρων φασί τινες Ἀττικοὺς βαρυτόνως λέγειν.* — Hinc pergimus ad id quod proximum est.

Pars II. De declinationum doctrina Aristarchea.

§ 12.

Grauior profecto et impeditior altera ad quam peruenimus quaestio, quo pacto Aristarchus analogiae ratione usus sit in formarum uel declinationum uel coniugationum multitudine immensa et indigesta, qui perfecerit, ut arte collineandi confisus uelut pyxide nautica in linguae fluctibus molem ingentem quodam modo in dicionem suam redegerit, cum aduersarius eius acerrimus Crates ea de re prorsus desperandum esse pronuntiaret. Cuius operae Aristarcheae ingeniosae profecto licet extent haud pauca et apud Graecos et apud Latinos testimonia, expressam ex iis ueritatique proximam si quis animo concipere studeat imaginem artis Aristarcheae grammaticae, ne in tanta fontium uberiorum Graecorum egestate obscurum tantum modo ac paene euanidam percipiat admodum ueremur. M. Terentius Varro, hac de re procul dubio omnium testis grauissimus, in opere de lingua Latina postquam libro octauo et nono ex Crateteorum Aristarcheorumque mente in utramque partem ex more suo disputauit de linguae similitudine et dissimilitudine, tertia libri decimi paragrapho ipse quid sit simile quid non definiens hoc modo uerba facit (ed. Mueller. p. 238. Bip. p. 159): „de similitudine et dissimilitudine ideo primum dicendum, quod ea res est fundamentum omnium declinationum ac continet rationem uerborum. Simile est quod res plerasque habere uidetur easdem quas illud quoius quid simile. Dissimile est quod uidetur esse contrarium huius". Varro autem qui uir fuerit et quo iure de re nostra iudicauerit satis opinamur patescit ex duobus quae satis habemus addere testimoniis: Ausonii[117]):

Omnis doctrinae ratio tibi cognita quantam
Condit sexcentis Varro uoluminibus.

---

[114]) Cramer, Epim. 399, 20. An. Par. III. 285, 14. Eustath. 922, 49. La Roche, Hom. Textkrit. p. 402. Lehrs, de Arist. etc. p. 253 sq.

[115]) Lobeck, Paralip. gr. Gr. p. 121. legit *μονοσυλλάβοις*.

[116]) Uid. fragm. libr. dub. serm. LXXX (Charis. I. p. 112) et LXII. (Charis. I. p. 113) LXIII. (Charis. p. 100.) Lersch. Sprachphil. d. Alt. II. p. 105. qui mentionem facit operis quod ad hanc rem pertinet Tryphonis *περὶ τῆς ἐν μονοσυλλάβοις ἀναλογίας*. Seru. ad Vergil. Aen. III. 91. VI. 792. Marcian. Capella III. § 299. 303. Steinthal, Gesch. d. Sprachwiss. p. 479.

[117]) Prof. Burdigal. XX. 9 sq.

et Lactanti[118]): „M. Varro quo nemo unquam doctior ne apud Graecos quidem nedum apud
Latinos sq." Quanti autem in uniuersum momenti sint Latinorum scriptorum de quaestione
nostra placita edocemur Prisciani[119]): „... teste Didymo, qui hoc ponit ostendens in omni parte
orationis et constructionis analogiam Graecorum secutos esse Romanos." Uerum enim uero
inde si quis colligat, operis de lingua Latina ne dicam librum decimum, sed nonum, quo Varro
ex Aristarcheorum mente summa ope proportionem defendit et crimina ei obiecta diluit, meram
Aristarchi uel Aristarcheorum suppeditare doctrinam, uideat ne quid detrimenti capiat. Impe-
ditissimum certe maximisque obstructum difficultatibus negotium diiudicandi, quid ex Alexan-
drinorum fonte manarit quid Varro de suo inuexerit, quem quidem studiose scripta Graecorum
lectitasse et dudum pronuntiatum a Christoph. Myrlaeo[120]) et ipse professus est[121]). Obscurior
autem atque remotior a sobrica et dilucida Aristarchi disciplinam grammaticam tractandi ratione
doctrina Varronis fit cum insolito Varronis cogitandi modo et abrupto neglegentique scribendi
genere tum doctrina Stoica, cuius insigne fuit specimen Chrysippi Solensis libri tres *περὶ τῆς*
κατὰ τάς λέξεις ἀνωμαλίας πρὸς Δίωνα[122]), Cratetis ut constat sapientiae fundamentum. Non
est quod miremur permulta apud Varronem redolere stoam[123]), quippe cuius magister de prolo-
quiis[124]) fuit L. Aelius Stilo Stoicus[125]), quare et in arte dialectica et grammatica et in syntaxi
Varronem Stoicos secutum esse uidemus[126]). Analogia quid sit hoc modo Varro explicat:
„sequitur tertius locus, quae sit ratio proportione, quae a Graecis uocatur *ἀνάλογον*: ab analogo
dicta analogia[127]). Ex eodem genere quae res inter se aliqua parte dissimiles rationem habent
aliquam, si ad eas duas res alterae duae collatae sunt, quae rationem habeant eandem quod
ea uerba bina habent eundem *λόγον*, dicitur utrumque separatim *ἀνάλογον*, simul collata quattuor
analogia"[128]). Quibuscum conferendae similes quodam modo grammaticorum definitiones: Pin-
darionis[129]): *ἀναλογία . . . ἐστὶ ὁμοίου τε καὶ ἀνομοίου θεωρία κτἑ.* cf. p. 644, 28: *ἡ ἀναλογία*
ὁμοίων πολλῶν ὀνομάτων ἐστὶ παράθεσις. cf. p. 651, 6. A. Gelli N. A. II. 25. *ἀναλογία* est
similium similis declinatio. Diomedis p. 379. Putsch. „Analogia apud nos est proportio (omissis
Graecorum ambagibus) simplici modo tam in uerbis quam in nominibus obseruata." Sergi in
Donat. ed. II. p. 1846. P. „Analogia dicitur ratio declinationis nominum inter se omni parte

---

[118]) Instit. diuin. I. c. 6. ed. Bip. 21.

[119]) De ponder. p. 1347. P.

[120]) Wilmanns, de M. Ter. Varr. lib. gram. p. 13. not. 4. 38. 59. 99. 116. 209. Wolf, Prolegg. p. 133. not. 91. ed. nou.

[121]) De lingua Latina V. § 9. p. 4. ed. M. (Bip. p. 5). VI. § 2. p. 72. ed. M. (Bip. p. 51.)

[122]) Laert. Diog. VII. 192. Wilmanns, de M. Ter. Varr. etc. p. 5. Sengebusch, Diss. Hom. I. p. 69.

[123]) Wilmanns, de Varr. etc. p. 11.

[124]) Varro de l. L. VI. § 56 ed. M. (Bip. p. 66.)

[125]) Cic. Brut. 56, 205. Charis. Inst. p. 84. Gell. N. A. XVI. 8. p. 173. Bip. Wilmanns, de Varr. etc. fragm. 28. p. 160. 35.

[126]) Wilmanns, de Varr. etc. p. 12 sqq. Varro de l. L. V. §9. ed. M. (Bip. p. 5). VI. § 2. ed. M. (Bip. p. 51).

[127]) Etym. M. s. u. *ἀναλογία*.

[128]) De l. L. X. § 37. ed. M. Bip. p. 169.

[129]) Ap. Sext. Empir. adu. math. I. c. 10. § 202. (p. 645, 17 ed. Bekk.)

similium, Latine proportio uocatur.“ P. Consenti p. 2036 P. „Analogia nominum in collatione maxime parium est, ut homo sermoque; et similitudine deminutiuorum, quae ab his ueniunt, consistit atque perspicitur.“ Alcuini p. 2086. P. „Analogia est similium comparatio, ut incerta certis probentur“. Theodosi Alexandrini Herodiani Quintiliani supra uidimus. Omnium profecto accuratissima et perfectissima Varronis, qui mathematicorum in modum ex quattuor collatis membris proportionem compositam prodit, quam tamen Aristarcho caue quis assignet. Aristarchi proportionem bimembrem esse uidimus e. g. schol. *Γ* 198: *οἰῶν* ut *αἰγῶν*, Ptolemaeus deinde pleniorem et perfectiorem proposuit licet castigatus ab Herodiano *οἶς* : *αἶξ* = *οἰῶν* : *αἰγῶν*. Ortam esse proportionem e consuetudine loquendi, qua uocabula conformata sunt, Varro docet, quocirca non adeo discrepare dicit eos, „qui in loquendo partim sequi iubent nos consuetudinem partim rationem, quod consuetudo et analogia coniunctiores sunt inter se quam iei credunt“ [130]). Adiungenda autem est consuetudini ars, quam Graeci *τέχνην* nuncupant, paulatimque usus ratione artis corrigendus est, unde fit deinceps consuetudo recta, *τεχνικὴ συνήθεια*, quae nullo pacto abhorret ab analogia. Neque ulla alia notio subiecta est Aristarchi uerbis, quae tradit Varro: „Aristarchus de aequabilitate cum scribit, uerborum similitudinem quodam modo in declinatione sequi iubet, quoad patiatur consuetudo“ [131]). Fundamentum omnis proportionis esse naturam et usum Varro monet [132]), et in quibus usus aut natura non subsit ibi non esse analogiam. Idcirco omni cautione adhibita quattuor habet leges, quibus uocabula quae proportioni pareant subicienda esse censet: „animaduertito natura quadruplicem esse formam, ad quam in declinando accommodari debeant uerba: quod debeat subesse res quae designetur et ut sit ea res in usu et ut uocis natura ea sit quae id („id“ addidit O. Muellerus) significauit ut declinari possit, et similitudo figurae uerbi ut sit ea quae ex se declinata genus prodere certum possit“ [133]). His legibus constitutis remouet atque repulsat absonam aduersariorum opinionem, quam proximo exposuit libro, analogiam regnare aut ubique aut nusquam. Quae sententia ut recte se habeat tantum abesse dicit, ut omni cura accurataque diligentia requirendum sit, quae regio analogiae propria et quibus exceptionibus impedimentisque obnoxia sit. Haud absurda profecto uox nec male cui opitulatur auctor rei inseruiens. Aristarcheo admodum splendet colore Varronis enuntiatum, quo regionem cuius terminis saepta teneatur proportio circumscribit his uerbis usus: „quod rogant, ex qua parte oporteat simile esse uerbum, ab uoce an significatione, respondemus a uoce“ [134]). Quae sententia quorsum spectet haud obscurum. Nempe Stoici et inprimis Chrysippus, homo acutissimus, ut ait Varro, in opere de inaequabilitate sermonis freti connexu quem opinabantur esse inter uocabula et res uocabulis significatas summa ope enisi sunt ut ostenderent, uerba et

---

[130]) De l. L. IX. § 2. 3. ed. M. (Bip. p. 126.)
[131]) Sic scripsit Steinthalius Gesch. d. Sprachwiss. p. 499. locum Varronis de l. L. IX. § 1 ed. M. (Bip. p. 126.)
[132]) De l. L. IX. § 63 ed. M. (Bip. p. 142.) cf. § 70. (Bip. p. 145.)
[133]) De l. L. IX. § 37. ed. M. (Bip. p. 135.) cf. X. § 83 ed. M. (Bip. p. 181.) IX. § 38. 56. 63. 64. ed. M. (Bip. p. 135. 140. 142. ima.)
[134]) De l. L. IX. § 40 ed. M. (Bip. p. 136.)

res nullo pacto similia esse, quippe quod similes res dissimilibus uerbis et similibus uerbis dissimiles res [135]) notarentur. His Stoicorum studiis toto caelo diuersis ab Alexandrinorum usi sunt Cratetei Varrone teste [136]) ad refellendas Aristarcheorum argutias quas dixerunt atque figmenta, quorum ne perspexerant quidem naturam. Cuius rei perspicuum et memorabile documentum est locus Varronis [137]), ubi cum aduersarii inscite dixissent non esse analogias, cum esset „ab Romulo Roma et non Romula neque ut ab oue ouilia sic a boue bouilia“, his uerbis eos refutat: „errant quod nemo pollicetur e uocabulo uocabulum declinari recto casu singulari in rectum singularem, sed ex duobus uocabulis similibus casus similiter declinatos similes fieri“. Duplex huius enuntiationis est propositum, alterum ut duo extent uocabula, quae ex parte quadam similia sint, alterum ut similiter declinentur, utrumque analogiae necessarium. Nimirum his uerbis adumbrata atque adeo praescripta sunt studia, ad quae ii se applicare debent, qui in doctrina analogiae cognoscenda et excolenda collocent operam. A quibus partibus uocabula de quibus quaeratur similia esse debeant, quod primo loco grammaticis anquirendum erat [138]), Caesaris, Herodiani testimoniis supra propositis patefit; Charisius ubi exposuit genus casum exitum numerum syllabarum sonum de Aristophanis sententia analogiae esse rationes quinque, ita pergit: „Aristarchus discipulus eius illud addidit ne unquam simplicia compositis aptemus“. Varro haudquaquam ut apparet quantae huius rei sint difficultates ignarus de hoc capite praemonet haec: „itaque quod diligenter uidendum est in uerbis, quas partes et quot modis oporteat similis habere, ut infra apparebit: is locus maxime lubricus est“ [139]). Hac uia deinceps grammatici quorum signifer fuit Aristarchus progressi sunt. Enucleata atque proposita similitudine, quae inter se similia uiderentur uocabula sub unum adspectum posita sunt ordineque digesta, itaque genera quaedam uel classes et declinationis et coniugationis constituta sunt, quibus nomen fuit Graecum *κανόνες* [140]). Quo facto similitudo iam non ubique quod fuit absonum sed in suo quoque genere fuit quaerenda, et ut ait Varro, „non si genus cum genere discrepat, sed in quoiusque genere si quid deest requirendum“ [141]). In ea re igitur cardo studiorum Aristarcheorum de analogia uersabatur, ut canones constituerentur, cuius rei supersunt testimonia e. g. Etym. M. 816, 53: *ἀναλογία ἐστὶ κανόνων ἀπόδοσις* [142]). Quin ratio et canon unam eandemque uim habere dicebantur: *ἔστι λόγος καὶ ὁ κανών, ὡς ὅταν εἴπωμεν εἰπέ μοι τὸν λόγον τοῦ Αἴας Αἴαντος τουτέστι τὸν κανόνα* [143]). Canonum numerus uel

---

[135]) Mendose scriptum ap. Muellerum: „dissimilibus similes“ de l. L. IX. § 1 p. 197.
[136]) De l. L. IX. § 1 ed. M. (Bip. p. 126.)
[137]) De l. L. IX. § 50 ed. M. (Bip. p. 138.)
[138]) Varro de l. L. X. § 6 ed. M. (Bip. p. 161): Illud est potius aduertendum quom simile quid esse dicitur quoi parti simile dicatur esse.
[139]) De l. L. X. § 7 ed. M. (Bip. p. 161.)
[140]) Lübbert, nou. Mus. Rhen. XI. p. 438 sq.
[141]) De l. L. IX. § 83 ed. M. (Bip. p. 148.) IX. § 102 ed. M. (Bip. p. 153 sq.)
[142]) Cramer, An. Oxon. IV. p. 331, 21.
[143]) Cramer, An. Oxon. IV. p. 328. Schol. in Dion. Thrac. ap. Bekker. An. Gr. II. p. 740, 33.

maior uel minor a grammaticis statuebatur, partim literae extremae uocabulorum num sint similes perscrutantibus ut Aristocles et Parmeniscus, quorum alter quattuordecim constituit canones alter octo, partim syllabas ultimas intuentibus, quorum Dionysius Sidonius edidit omnino canones septuaginta unum, ad casuum doctrinam pertinentes quadraginta septem, Dionysius Thrax undeuiginti, Theodosii et Choeroboscus tricenos quinos generis masculini, duodenos feminini, nouenos neutrius[144]). Omni fere ex parte perfectum in genere suo fuit dein Herodiani systema flexionis in opere artificioso et magnifico, cui nomen indidit Ὀνοματικόν siue περὶ κλίσεως ὀνομάτων[145]). Herodianus nouam plane similia sint nomina necne diiudicandi induxit rationem animo ad unam stirpis literam consonantem intento, qua cernitur nominis character exitus syllabis reiectis. Aristarchi quot fuerint canones hodie certo dici nequit abiciendaque est spes fore ut, huius partis doctrinae Aristarcheae qui primitus fuerit circuitus, alibi quam in mente nostra et id non nisi rudibus lineis fingi queat. Constat Aristarcheos in casus potissimum suos contendisse neruos[146]) atque εἰςαγωγικῶν κανόνων περὶ κλίσεως ὀνομάτων qui deinceps Theodosi Alexandrini opera coaluerunt[147]) Luebbertio suffragante exordia ab Aristarcho repetenda esse nihil est quod ambigamus[148]). Ac primo quidem loco Theodosius posuit canones nominum generis masculini, quorum priora quae περιττοσυλλάβως i. e. ita declinentur ut casus genetiuus plurium sit syllabarum quam nominatiuus; secuntur ἰσοσυλλάβως declinata, atque id ubique diligenter curat grammaticus, ut priore loco ponantur perittosyllaba posteriore isosyllaba. Nomina masculina desinunt in literas quinque ς ν ξ ϱ ψ atque hoc ordine seruato excipiunt canones nominum in ς desinentium canones nominum in ν ξ ϱ ψ. Literae uocales syllabae ultimae sunt α ε η ι ει ευ ου ω ο et hoc ordine Theodosius dat canones in ας, cum desint in ες[149]), in ης, in ις εις ευς υς ους ως ος, ultimo loco collocatur canon decimus octauus nominis substantiui ἅλς superstitionis gratia, ut oratio eodem unde initium cepit scilicet a litera uocali α nempe dei laudi aptissima reuertatur, δέον γὰϱ ἐκ θεοῦ ἄϱχεσθαι καὶ εἰς θεὸν ἀναπαύεσθαι[150]). Secuntur canones nominum masculini generis desinentium in αν ην ιν υν ων, deinde in αξ ηξ ιξ υξ ωξ, tum in ηϱ οϱ denique in ωψ. Simili ordine eduntur canones nominum generis feminini et neutrius. Deinceps aeque proferuntur canones εἰςαγωγικοὶ περὶ κλίσεως ῥημάτων, etenim συζυγίαι quae sunt apud Dionysium Thracem Theodosio parum cognitae uidentur, neque uerbum συζυγία apud eum usquam occurrit. Omnes nominis partes quibus fit ut suo quidque canoni subiciatur sub unum adspectum positae produnt uocabuli characterem, cui respondet in uerbis ἡ συζυγία cf. schol. in Dion. Thrac.[151]): ὅπεϱ δὲ ἐν τοῖς ὀνόμασιν ὁ

[144]) Varro de l. L. X. § 10 ed. M. (Bip. p. 162.)
[145]) Fabric. Biblioth. Gr. VI. p. 283. Etym. M. s. u. ὑπεϱκύδαντας. Eustath. p. 445. 1807.
[146]) Varro de l. L. VIII. § 63. ed. M. (Bip. p. 119.)
[147]) Ap. Bekker. An. Gr. III. 975. sqq.
[148]) Luebbert, in nou. Mus. Rhen. XI. p. 438 sq.
[149]) Bekker, annot. crit. ad. p. 977, 24. An. Gr. III. p. 1187.
[150]) Theodos. p. 97 ed. Göttling.
[151]) Bekker, An. Gr. II. p. 892, 31.

χαϱακτήϱ, τοῦτο ἐν τοῖς ῥήμασιν ἡ συζυγία. ἀπὸ γὰϱ ταύτης μανθάνομεν καὶ τὴν τοῦ ῥήματος δύναμιν. αὕτη γάϱ ἐστι κανὼν καὶ ἀναλογία τῆς κλίσεως αὐτῶν. Tanti apud grammaticos momenti studium fuit canonum proponendorum ut quinta artis grammaticae pars fieret proportionis inuestigatio, cui rei testimonio sunt uerba Dionysi Thracis[152]): γϱαμματική ἐστιν ἐμπειϱία τῶν παϱὰ ποιηταῖς τε καὶ συγγϱαφεῦσιν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ λεγομένων[153]). Μέϱη δὲ αὐτῆς εἰσιν ἕξ· πϱῶτον ἀνάγνωσις ἐντϱιβὴς κατὰ πϱοςῳδίαν, δεύτεϱον ἐξήγησις κατὰ τοὺς ἐνυπάϱχοντας ποιητικοὺς τϱόπους, τϱίτον γλωσσῶν τε καί ἱστοϱιῶν πϱόχειϱος ἀπόδοσις, τέταϱτον ἐτυμολογίας εὕϱεσις, πέμπτον ἀναλογίας ἐκλογισμός, ἕκτον κϱίσις ποιημάτων κτἑ. Omnes autem linguae partes sub hanc rationem succidere tradunt schol. in Dionysium Thracem[154]), Varro contra[155]): „in id genus uerbis, quae non declinantur, analogia non debet quaeri ut in his nequam mox uix“, et „in articulis“, quorum statuit finitos et infinitos „ut hic et quis, uix adumbrata est analogia“[156]). Aristarchus partes grammaticae protulit octo: nomen uerbum participium articulum pronomen praepositionem aduerbium coniunctionem. Eum secutus est Latinorum primus Palaemon[157]), posteriores grammatici Latini omnes eadem orationis divisione usi sunt[158]). Varronis oratio quadripartita cum Graecorum congruit atque habet quattuor partes uerborum, quae habent casus neque tempora, quae tempora neque casus, quae utraque quae neutra“[159]). Nomini proprio Aristarchum uocabulum siue appellationem tanquam speciem eius subiecisse tradit Quintilianus[160]), quocum congruunt quae Dionysius Thrax[161]) docet: τοῦ δὲ λόγου μέϱη ὀκτώ, ὄνομα ῥῆμα μετοχή ἄϱθϱον ἀντωνυμία πϱόθεσις ἐπίϱϱημα καὶ σύνδεσμος. ἡ γὰϱ πϱοσηγοϱία ὡς εἶδος τῷ ὀνόματι ὑποβέβληται. Varro duas orationis partes ab Aristarcho in unam comprehensas uno nomine „nominatus“ complectitur[162]) atque quattuor postulat res, quibus nominatus nominatui similis esse debeat: „ut sit eodem genere“, i. e. eidem uocabulorum classi subiectus, „specie eadem“ i. e. eiusdem generis siue masculini etc. „sic casu, exitu eodem“[163]). Uerum etiam „qualis sit figura uocabuli refert“, ait Varro, quod ipse deinceps explicat his uerbis: „refert igitur ex quibus litteris quodque uerbum constet et maxime extrema

[152]) Bekker, An. Gr. II. p. 629.
[153]) Huius definitionis uestigia quam arcte secutus sit Varro in opere „De Grammatica“ (Wilmanns, de M. Ter. Varr. libr. gram. p. 98 sq.) his uerbis grammatices rationem circumscribens (ap. Mar. Victorin. I. 1, 6. p. 2541 P.): „Ut Varroni placet, ars grammatica quae a nobis literatura dicitur, scientia est eorum quae a poëtis historicis oratoribusque dicuntur ex parte maiore,“ primus uidit Elink Sterk de paraplerom. in symb. litt. Belg. VIII. p. 6. cf. Wilmanns, de Varr. etc. p. 99.
[154]) Bekker, An. Gr. II. p. 741, 17.
[155]) De l. L. X, § 79 ed. M. (Bip. p. 180).
[156]) De l. L. X. § 19 ed. M. (Bip. p. 164.)
[157]) Quintil. Jnst. or. I. 4, 20. Apoll. Dysc. de synt. I. 3. p. 10. Bekker.
[158]) Wilmanns, de Varr. etc. p. 116.
[159]) De l. L. X. § 17 ed. M. (Bip. p. 163.) cf. VI. § 36 ed. M. (Bip. p. 61.) VIII. § 44 ed. M. (Bip. p. 114. ima.) IX. § 31 ed. M. (Bip. p. 133.)
[160]) Jnst. orat. I. 4, 20.
[161]) In Gram. § 13 ap. Bekker, An. Gr. II. p. 634, 4.
[162]) De l. L. X. § 20 ed. M. (Bip. p. 164.)
[163]) De l. L. X. § 21 ed. M. (Bip. p. 164. ima.)

quod ea in plerisque commutantur[164]). Nam Varroni declinatio nihil est quam „uocis commutatio ex uerbo in uerbum aut ex uerbi discrimine ut transeat mens“[165]). Nec minus, ait Varro, literarum extremis uicinarum ratio habenda est, etiamsi non commouentur, „haec enim uicinitas aliquantum potens in uerborum declinationibus.“ Porro Aristarcheorum Stoicorum doctrinam miscens ex more suo philosophiam ubique etiam rebus grammaticis inculcandi disputat de similitudine quae sit inter uocabula atque res significatas. Diligenter, censet Varro, si quis agere studeat in inuestiganda uocabulorum similitudine, casus obliquos potissimum in iudicium esse uocandos, quippe quibus facilius et accuratius similia sint necne nomina perspici possit. Etenim casus nominatiui uoluntati hominum imperitorum, qui uocabula prout libet rebus imponunt, obnoxii sunt; quoniam autem initium capiamus a re perspicua non ab obscura oporteat et potius ab incorrupta quam infida nec non a natura rerum quam a lubidine hominum, exordiundum esse Varro censet a casibus obliquis[166]). Jam in lingua Latina optimum est ablatiuo singularis analogiae principio uti, „nam eius cassuis literarum discriminibus facilius reliquorum uarietatem discernere poterit,“ sunt autem literae uocales a e i o u.

Doctrinae Aristarcheae frustulum seruatum est a Varrone, controuersia de proportione nominum propriorum *Φιλομήδης Ἡρακλείδης Μελικέρτης* inter Cratetem et Aristarchum, quorum Crates similia ea esse contendit. Varro Aristarcho uituperato, quod illam similitudinem negauit, quippe nomina dissimilia essent in uocandi casu *Φιλόμηδες Ἡρακλείδη Μελικέρτα* opitulatur his: „similia non solum a facie dici sed etiam ab aliqua coniuncta ui et potestate, quae et oculis et auribus latere soleant. Quare dissimilitudinum discernendarum causa nonnumquam ut pronomen assumatur sic casum aliquem assumi“. Egregium supponit exemplum: „quid similius uidetur quam in his est extrema litera x crux Phryx?“ Quae nemo profecto primo obtutu similia an dissimilia censenda sint incertus haerebit, nempe similia censebit, uerum tamen dissimilitudo casibus obliquis patefit, cum alterius litera extrema literis c et s coactis, alterius g et s nata sit[167]). „Sic enim“, inquit, „lana Gallicana et Appula uidetur imperito similis propter speciem, cum peritus Appulam emat pluris, quod in usu firmior sit“[168]). „Si igitur idem sequitur in similitudine uerborum quis reprehendundum non est“[169]).

Declinationum Varro habet genera duo, uoluntarium et naturale quae his uerbis circumscribit: „uoluntarium est quo ut quoiusque tulit uoluntas declinauit; contra naturalem declinationem dico quae non a singulorum oritur uoluntate sed a communi consensu“[170]). Controuersiam grammaticorum, utro in genere potissimum proportio anquirenda sit, profligat deinceps: „cum ut ego arbitror utrumque sit nobis sequendum; quod in declinatione uoluntaria sit anomalia, in naturali

164) De l. L. X. § 25. ed. M. (Bip. p. 165. ima.)
165) De l. L. X. § 77 ed. M. (Bip. p. 180.)
166) De l. L. X. § 56 ed. M. (Bip. p. 174.)
167) De l. L. VIII. § 68 ed. M. (Bip. p. 121.) IX. § 91 ed. M. (Bip. p. 151.) IX. § 43. 44. ed. M. (Bip. p. 137.)
168) De l. L. IX. § 39 ed. M. (Bip. p. 136.)
169) De l. L. IX. § 93 ed. M. (Bip. p. 151.)
170) De l. L. VIII § 21. 22 ed. M. (Bip. p. 108.)

magis analogia“[171]). Qua in re Varronem haud admodum discrepuisse ab Aristarcheorum sententia testimonio hoc: „neque Aristarchii neque alii in analogiis defendendam eius (i. declinationis uoluntariae) susceperunt causam, sed ut dixi hoc genere declinatio in communi consuetudine uerborum aegrotat et languescit, quod oritur e populi multiplici imperio; itaque in hoc genere in loquendo magis anomalia quam analogia“[172]). Ad genus uoluntarium pertinent cum deriuatio uocabulorum[173]) tum impositio nominum propriorum[174]). Denique disputationi abruptae atque omnis ornatus elegantiorisque sententiarum coniunctionis experti Varro finem imponit triplici proportionis definitione proposita quarum prima: „analogia est uerborum similium declinatio similis“. Altera quae spectat usum loquendi: „analogia est uerborum similium declinatio non repugnante consuetudine communi“; tertia poëtarum analogia: „ad quam harum duarum ad extremum additum erit hoc: „ex quadam parte“ poëtica analogia erit definita“[175]). Jam age uideamus reliquias doctrinae Aristarchi de analogia a scholiastis in primis carminum Homericorum seruatas, quae pertineant ad declinationum et coniugationum flexuram et formam. Dura tamen conditio quod in tanta testimoniorum inopia, cum scholiastae saepissime Aristarchi lectiones tradant, causas lectionum uel nesciant uel reticeant, in perpaucis fragmentis acquiescere cogimur.

§ 13. De declinationum formis.

Herodianus ad *N* 246 grammaticos fuisse tradit, qui *θεραπωνευς* unum uocabulum esse arbitrati pariter legerent ac nomen proprium *Ἐτεωνεύς*, a Ptolemaeo autem Ascalonita lectionem Aristarchi seruatam esse *θεράπων ἐΰς*. Causam qua commotus Aristarchus ita correxerit monstrum quod fuit antea ab Herodiano discimus, puta fuit forma uocabuli tanto abhorrens opere ab analogia similium. Nam si recte i. e. per analogiam conformatum esset uocabulum, scholiasta pergit, procul dubio *θεραποντεύς* factum esset, quia a genetiuo casu eiusmodi formae deriuari debeant, quarum analogiam Aristarchus merito secutus sit, uerbi causa *Λεοντεύς*, non *Λεωνεύς*. — Cur Aristarchus uerbum *ζῳάργια* cum iota quod dicitur adscripto scripserit Didymo teste ad *Σ* 407, discimus ex scholio *B* ad *Σ* 407: *μετὰ τοῦ ι, ἐπεὶ καὶ Σιμωνίδης φησίν „ὁ ζωίων κάκιστον ἔκτηται βίον“*. cf. Etym. M. p. 413, 23: *μετὰ τοῦ ἰῶτα ἐπειδὴ εὕρηται κατὰ διάστασιν καὶ παρὰ Σιμωνίδῃ „τόδ᾿ ἡμιν ἑρπετὸν ζώϊον διέπτατο κάκιστον.“* Simplicis igitur uerbi scripturam secutus est Aristarchus. Idem *αἰναρέτη* casum uocatiuum esse a nominatiuo *αἰναρέτης* declinatum docuit analogiam secutus similium *ὑψαγόρη* et *μισογύνη* et interpretatur *εἰς αἰνὸν*

171) De l. L. VIII. § 23 ed. M. (Bip. p. 109.) cf. X. § 15 ed. M. (Bip. p. 163.) IX. § 34 ed. M. (Bip. p. 134.) X. § 51 ed. M. (Bip. p. 173.) X. § 60 ed. M. (Bip. p. 175.)
172) De l. L. X. § 16 ed. M. (Bip. p. 163.)
173) De l. L. IX. § 50 ed. M. (Bip. p. 138.)
174) De l. L. X. § 15 ed. M. (Bip. p. 163.) VIII. § 21 ed. M. (Bip. p. 108 ima.) IX. § 34 ed. M. (Bip. p. 134 sq.)
175) De l. L. X. § 74 ed. M. (Bip. p. 179.)

χρώμενε τῇ ἀρετῇ εἰς ὄλεθρον οὐκ εἰς σωτηρίαν. cf. schol. ad *Π* 31. Alii scripserunt ἀναιρέτης uel αἴν' ἀρετῆς (schol. Aristonici ad h. l.). — Longiore Herodianus disputatione ad u. *N* 28 demonstrat, uocem γηθοσυνη per analogiam similium in συνη desinentium generis feminini substantiuorum[176]) substantiuum esse, cuius datiuus casus γηθοσύνῃ l. s. scribendum sit. Quibus Aristarchi aduersatur sententiae, qui ab adiectiuo γηθόσυνος femininum γηθοσύνη audiens cum substantiuo quod antecedit θάλασσα coniunxit interpretatus laetam et contentam, χαίρουσαν. Aristarcho Herodianus obloquitur canone prolato: τὰ διὰ τοῦ συνος εἰ παράγοιτο ἐπιθετικῶς ἀρσενικὰ ὑπάρχοντα μηκέτι ποιεῖ κατὰ τὸ πλεῖον θηλυκοῦ γένους παρασχηματισμόν. Alterum quod huc referendum est scholion cod. Harl. ad λ 540, quod Mauricius Schmidt[177]) forma commotum inter Didymea se recepisse dicit, Aristarchi tradere lectionem his: (οὕτως) χωρὶς τοῦ ι γηθοσύνη (Ἀρίσταρχος) ἀντὶ τοῦ χαίρουσα, non est quod ambigamus. Fugit Herodianum hic locus λ 540, quo omnes editores femininum adiectiui γηθόσυνος, cum datiuus substantiui neque aptus neque scriptus esset, statuerunt, neque dubitamus quin Aristarchus etiam in uersu *N* 29 adiectiuum uoluerit, cum hanc adiectiui formam uersu λ 540 fultam atque sancitam uidisset. Ualde dolendum quod scholiastis ad unum omnibus tacentibus ignoramus quae fuerit Aristarchi lectio in u. *Φ* 390, ubi adiectiuum haudquaquam aptum esset. J. Bekker. in editione Iliadis altera Aristarchi lectionem seruauit u. *N* 29: γηθοσύνη δὲ θάλασσα διίστατο. — Egregium profecto documentum, quanto Herodianus opere Aristarchi lectiones similibus conquirendis fulcire studuerit, uel ubi Aristarchus analogiae rationem non secutus erat, est schol. ad *N* 541, ubi, cum Aristarchus teste Didymo legeret Αἰνέας χωρὶς τοῦ ι, nimirum metro postulante, etenim aliis locis de quibus nihil traditur procul dubio uolgarem habuit scripturam Αἰνείας (e. g. *B* 820. *E* 166. 217. al.), schol. BL de Herodiano haec produnt: οὕτως Ἑρμέας οὕτως Αἰνέας καθὼς Ἡρωδιανῷ δοκεῖ. — Analogiam nominum propriorum Φερένικος Μενέλαος Aristarchum secutum esse cum scriberet Ἀρχέλοχος, non Ἀρχίλοχος, testificatur schol. Vict. ad *Ξ* 464: Ἀρχέλοχος: Ἀρίσταρχος ἀναλογώτερον τοῦ Ἀρχιλόχου ὡς Φερένικος Μενέλαος. cf. *M* 100. *B* 823. — Ab ἄλα Aristarchum deriuasse nomen proprium nymphae Ἄλεια itaque scripsisse, non ut alii Θάλεια tradit schol. Didymi ad *Σ* 40: Ἀρίσταρχος χωρὶς τοῦ θ Ἄλεια παρὰ τὴν ἄλα. — *Σ* 100 et 213 Aristarchus scripsit Ἄρεω, interpretatus caedis[178]) teste Didymo, alii[179]) ἀρῆς i. e. βλάβης uel κακώσεως Hesiodeum secuti[180]): ἀρῆς ἀλκτῆρα cf. *M* 334. *Π* 512. *Ω* 489. β 59. ρ 538. Ἄρεω casum genetiuum Aristarchus audiebat nominis proprii Ἄρεως, quod per analogiam nominis Πείρεως declinauit, cuius genetiuus Πείρεω occurrit in u. *Y* 484. Perspicuum profecto analogiae documentum. Zenodotum, qui Πείρεως υἱόν in u. *Y* 484 legit, acriter castigat

176) κερδοσύνῃ. *X* 247. δ 251. ξ 31. ξεινοσύνῃ. φ 35. πλαγκτοσύνῃ. ο 343. μαχλοσύνη. *Ω* 30. δρηστοσύνῃ. ο 321. ταρβοσύνῃ. σ 342. παλαισμοσύνῃ. *Ψ* 701. θ 103. 126. τοξοσύνῃ. *N* 314. βριθοσύνῃ. *E* 839. *M.* 460.

177) Didymi Chalc. fragmm. p. 204.

178) Apollon. Lex. Hom. p. 41, 11 ed. Bekk.

179) Didym. ad *Ξ* 485.

180) Hesiod. Scut. 29. 128.

Aristonicus schol. ad h. l. his[181]): ἄμετρον ποιῶν (i. Ζηνόδοτος) τὸν στίχον καὶ παράλογον. ἔστι γὰρ Πείρως τὸ ὄνομα (*B* 844) νῦν δὲ ἐσχημάτικεν ἀπὸ τοῦ Πείρεως ὡς Μενέλεω. κτἑ.[182]) — Schol. Townlei. ad τ. 136 Didymi: Ὀδυσῆα ποθεῦσα: Ἀρίσταρχος Ὀδυσσῆα ποθέουσα correxit Porsonus: Ἀρίσταρχος Ὀδυσῆ ποθέουσα. Similes accusatiui nominum propriorum in ευς terminatorum apud Homerum sunt Τυδῆ *Δ* 384. Μηκιστῆ *O* 339[183]), de quibus audi grammaticum (forsitan Herodianum) ap. Cramer. An. Ox. III. p. 238: πόθεν τὸ Τυδῆ καὶ βασιλῆ παρ' Ὁμήρῳ; φαμὲν ὅτι παρὰ Δωριεῦσίν ἐστιν ἡ κλίσις καὶ γοῦν ὑπάρχει βασιλῆϊ, βασιλῆα αἰτιατική· καὶ κατὰ συναλοιφὴν βασιλῆ· ὥσπερ Κηφέα Κηφῆ. κτἑ.[184]) Secuntur complures formae contractae, quas Aristarchus apud Homerum scribendas esse censuit. Incipit uersus *X* 332 uocabulo σῶς atque hoc loco neque σόος neque σάος scribi potuit. Haec res Aristarcho bene cognita fuisse debet, nam monosyllabam adiectiui formam scripsit *Δ* 117 σῶν Didymo teste, [idem κ 268, non bisyllabam σόον, quae scribenda *Π* 252[185])] ε 305 et *N* 773 σῶς. Qua forma in his duobus uersibus posita dactylus quartus spondeo cessit, quem quarta hexametri parte Aristarchus adamasse uidetur[186]). Idem probat lectio Aristarchi ἀγήρως, quod adiectiuum apud Homerum nouies legitur, octies in pede quarto. Didymus ad *B* 447 testificatur Aristarchum, quocum sensit Aristophanes, legisse ἀγήρων forma contracta et similem affert formam u. *P* 444 ἀγήρω τ' ἀθανάτω τε (cf. *M* 323), idem ad ε 136: ἀγήραον: Ἀρίσταρχος ἀγήρων[187]). — Schol. Didymi ad *Π* 445 tradit, Aristarchum accusatiuum ζών (sic correxit Bekkerus cod. Ven. A. ζῶν) scripsisse cum nominatiuus ζώς occurrat in u. *E* 887[188]). — *N* 824 Zenodotus legit βουγήϊε διὰ τοῦ η Didymo teste, Aristarchus adiectiuum compositum audiens, cuius alteram partem a uerbo γαίω deriuatam esse existimauit, legit βουγάϊε et interpretatus est collato simili κύδεϊ γαίων: „scuto ingenti laete" (i. Aiax.). — Ex scholiis Didymi ad *Ξ* 157. *Y* 59. *Ψ* 117. discimus Aristarchum legisse πολυπίδακος, non ut alii πολυπιδάκου genetiuum, qua in re secutus est formam accusatiui πολυπίδακα qui legitur *Θ* 47. *Ξ* 283. *O* 151. et genetiui πίδακος *Π* 825. Nominatiuum fuisse πολυπίδακος nullum extat testimonium, quin scholion ad *Ξ* 157 condemnat genetiuum πολυπιδάκου, qui est apud Platonem et Apollonium[189]), his: τὸ δὲ διὰ τοῦ υ γράφειν τελέως ἄγροικον. Substantiuum πῖδαξ legitur apud Herodianum περὶ διχρόνων, ibidem πολυ-

181) Schol. Ariston. ad *Σ* 222.

182) Etym. M. 138, 2. Eustath. p. 1132, 62. 1133, 10. 1139, 12. La Roche, Hom. Textkrit. p. 203.

183) Pindar, N. 8, 44.

184) Bekker, Hom. Bl. I. p. 41, 14.

185) Schol Didymi ad *Π* 252: διχῶς γράφεται καὶ σόον καὶ σάον Aristarchi duplicem lectionem tradi ueri est simile. Illud διχῶς de Aristarcho dictum esse docet Mauricius Schmidt (Didymi fragm. p. 131) his locis: *B* 517. *Δ* 142. 171. *E* 132. 181. 787. *Z* 76. 113. *H* 186. *Θ* 311. *I* 7. Addere poterat uir doctissimus: *Θ* 213. *I* 681. *K* 159. 465. 505. *Λ* 230. 325. 632. *M* 277. *N* 59. (ubi non Ἀριστοφάνης sed Ἀρίσταρχος legendum esse uidit Duentzer. De Zenod. stud. Hom. p. 11, 47.) 359. 627. *Ξ* 36. *O* 450. *Ψ* 273. γ 289. ε 272. 346. μ 249 (Schmidtio ipso iudice.) ξ 30.

186) La Roche, Hom. Untersuch. p. 89 sq. Bekker, Hom. Bl. I. p. 144, 21 sqq.

187) Hesiod. Theog. 277. Spitzneri Exc. IV. ad *B* 447.

188) Eustath. p. 618, 9. La Roche, Hom. Textkrit. p. 264.

189) Platon. Legg. III. 681. E. Apollon. Lex. Hom. p. 131, 25. ed. Bekk.

πῖδαξ[190]). — Laboramus hac paragrapho in inuestigandis et colligendis quae huc pertineant scholiastarum testimoniis, sed non multum proficientes sentimus quid sit quod etiam nunc accurata et plena careamus commentatione de hac doctrinae Aristarcheae parte. Sed hoc loco ne taceamus, quanta cura Aristarchus usum et consuetudinem sermonis Homerici obseruauerit et retinuerit. Herodianus ad *Α* 129 Aristarchi lectionem Τροΐην tradit forma trisyllaba proposita, Zenodotus contra bisyllaba Τροίην usus est. Ex usu Homeri, quem Aristarchus secutus est, forma bisyllaba nominis proprii uice nunquam non fungitur[191]), trisyllaba ubique substantiuo πόλις additur. Qua de causa Aristarchus in u. λ 510 Τροΐην scribendum esse censuit, cf. schol. cod. Vindobon. 133[192]). — Didymus ad λ 635 tradit haec: ἐξ Ἄϊδος: Ἀρίσταρχος ἐξ Ἀΐδεω (sic correxit Porsonus cod. Harl. ἐδέω). Aristarchus Ἀΐδεω scripsit obseruatione facta apud Homerum hanc uocem semper trisyllabam esse[193]).

§ 14. De coniugationum formis.

Aristarchus cum ubique uerbi μάχεσθαι futurum et aoristum litera η, non ε et duplici σ ut Heracleo[194]) scriberet, analogiam nominum μάχη μαχητής (*Ε* 801) μαχητός (μ 119) μαχήμων (*Μ* 247) eum secutum esse ueri est simile. cf. schol. BL ad *Α* 298: μαχήσομαι: ὁ μὲν Ἀρίσταρχος διὰ τοῦ η γράφει, ὁ δὲ Ἡρακλέων τὰ μὲν ὀνόματα διὰ τοῦ η ὡς τὸ μαχητὴς Τυδεύς, τὰ δὲ ῥήματα διὰ τοῦ ε καὶ τῶν δύο σσ ὡς τὸ Σολύμοισι μαχέσσατο (*Ζ* 184) ὃ καὶ ἄμεινον[195]). Accedit quod optimarum editionum consensu se confirmatum sensit Aristarchus, quod tradit schol. Didymi ad *Α* 298: οὕτως διὰ τοῦ η μαχήσομαι οὐ διὰ τοῦ ες μαχέσσομαι καὶ ἡ Μασσαλιωτικὴ καὶ ἡ Ἀργολικὴ καὶ ἡ Σινωπικὴ καὶ ἡ Ἀντιμάχου καὶ ἡ Ἀριστοφάνους. cf. Eust. 106, 35. scholl. Didymi ad *Α* 304. *Γ* 290. *Ι* 32. *Β* 377: μαχεσσάμεθ': διὰ τοῦ η αἱ Ἀριστάρχου· καὶ ἔστιν ὅμοιον τῷ μαχήσονται περὶ σεῖο [*Γ* 137[196])].

Didymus ad *Ζ* 170 tradit Aristarchum formam praeteriti ἠνώγειν[197]) cum litera ν paragogica quae uocatur scripsisse, digamma pronominis ᾧ quod sequitur, cum nesciret, atque ex ἠνώγεεν contractum esse censuisse (cf. *Η* 394). Analogiam quam in ea re secutus esse uidetur praebet schol. *P* ad ε 112: ἠνώγειν ἀντὶ τοῦ ἠνώγεεν ὡς τὸ ἤσκειν εἴρια καλά (*Γ* 388). Simili igitur ratione Aristarchus praeterita in ει terminata cum ν scripsit et imperfecta ut ἤσκειν (*Γ* 388) (uid. schol. Didymi ad ρ 359. schol. *P* ad ε 112) et plusquamperfecta ut βεβλήκειν *Ε* 661 (schol. Ἀρίσταρχος μετὰ τοῦ ν). ἀμφιςβεβήκειν *Θ* 68. *Π* 777. δεδειπνήκειν ρ 359. ἑστήκειν *Ψ*

[190]) Cramer, An. Ox. III. p. 284, 4. Lehrs, Herodian. p. 343. Steinthal, Gesch. d. Sprachwiss. p. 467.
[191]) *Ι* 46. *Π* 698. *Ω* 256.
[192]) Cramer, An. Par. III. 124, 15. 22. Etym. M. 770, 14.
[193]) Porsoni adnotat. ad λ 635. *Θ* 16. *Κ* 512. Hesiod. Theog. 311. Apollon. Rhod. III. 704.
[194]) Suid. s. u. Athen. II. 52. b. saep. Etym. M. 422, 52. 702, 9. Beccard, de schol. Ven. p. 76. La Roche, Hom. Textkrit. p. 110. 162.
[195]) Cramer, An. Par. III. 5, 11.
[196]) La Roche, Hom. Textkrit. p. 308 sq. Nauck, Arist. Byz. p. 54.
[197]) Buttmann, Lexil. I. p. 253. 276. sq. ed. IV.

691. (Eustath. p. 1324, 40.) *Χ* 36. *Ρ* 133. σ 344. (Eustath. p. 1849, 49.) ἐβεβρύχειν *Μ* 242. Scholion Didymi ad *Ξ* 412, quod contrarium de Aristarcho prodit: οὕτως ἔξω τοῦ ν βεβλήκει καὶ ἄνευ τοῦ ε· Ζηνόδοτος καὶ Ἀριστοφάνης σὺν τῷ ν. sanum non uidetur[198]). — Didymus ad *Ζ* 415 docet, Aristarchum participium ναιετόωσαν scripsisse, qua in re analogiam uerborum in αω seruauit, quorum Homerus uocales plerumque contrahit, si uero metrum formam distractam postulat, uocali contractae eandem uocalem uel longam uel breuem proponit e. g. ἀντιῶ ἀντιόω *Μ* 368. ἀντιῶσι ἀντιόωσι *Ζ* 127. ἀντιῶσαν ἀντιόωσαν *Α* 31. ὁρῶ ὁρόω *Ε* 244. *Δ* 651. *Ω* 355. λ 141. α 301. γ 199. ὁρᾷς ὁράᾳς ρ 545. ὁρῶν ὁρόων *Δ* 350. *Κ* 239. *Υ* 23. 481. *Ψ* 323. α 229. ϑ 314. ψ 91. ὁρᾶτε ὁρόωτε *Δ* 347. μηχανῶνται μηχανόωνται. σ 143. μνᾷ μνάᾳ. π 431. περιμαιμῶσα περιμαιμώωσα. μ 95. Ideo anomaliam formae ἀντιάωσαν, quae ab aliis in u. *Ζ* 415 legebatur, tollendam esse censuit Aristarchus[199]). — Scholiis Didymi ad *Ζ* 432. *Γ* 436. *Τ* 27. *Χ* 73. edocemur Aristarchum simili ratione legisse coniunctiuorum formas: θήῃς δαμήῃς σαπήῃ φανήῃ. cf. Etym. M. 787, 26: φανήῃ: Ἀρίσταρχος καὶ οἱ ἀκριβεῖς γραμματικοὶ ὑποτακτικὸν αὐτὸ ἔχουσιν. ἔστι γὰρ ἡ μετοχὴ φανείς φανέντος· ἐὰν φανῇ· καὶ πλεονασμῷ τοῦ η φανήῃ. e. g. θήῃς: persona secunda coniunctiui aoristi secundi qui uocatur fuit Attice θῇς, distractum θέῃς, metro postulante primae syllabae θε litera ε, cum litera η subsequatur, in η producitur, quo fit forma θήῃς, cuius similes sunt ἀνήῃ *Β* 34. στήῃς *Ρ* 30. στήῃ *Ε* 598. ἐμβήῃ *Π* 94. Sin literam ε formae nondum productae literae ω uel ο excipiunt, metro postulante ε in ει producitur ut in θείω *Π* 83. *Σ* 387. κιχείω *Α* 26. *Γ* 291. *Ζ* 228. δαμείω. σ 54. βείω *Ζ* 113. ἐφείω. *Α* 567. δαείω *Κ* 425. *Π* 423. *Φ* 51. μεθείω *Γ* 414. Unum de Aristarcho Didymi obstat testimonium ad *Ρ* 95: Ἀρίσταρχος διὰ τοῦ η περιστήωσι. Sed Cramer. Epim. p. 202, 24 et cod. Venetus *Α* praebent περιστείωσ'[200]). In participio autem τεθνηώς[201]) et compositis Aristarchus ε ante ω non in ει sed in η produxit secutus analogiam participiorum perfecti per syncopen factorum[202]) ut πεπτηώς[203]). — Herodianus ad *Ι* 164 tradit Aristarchum legisse διδοῖς ut ὀρθοῖς per analogiam aliarum quae apud Homerum leguntur formarum uerbi διδῶ ut διδοῖ διδοῦσι ἐδίδου[204]). — Participium praesentis uerbi εἴσκω Aristarchus duobus locis *Δ* 799 et *Π* 41 testibus Herodiano et Aristonico legit trisyllabum εἴσκοντες, quam rem explicat schol. *Π* 41: ὁ Ἀσκαλωνίτης κατὰ ἀφαίρεσίν φησιν εἶναι τοῦ ε τὸ ἴσκοντες· Ἀρίσταρχος δὲ ἐκτετα-

[198]) Bekker, Hom. Bl. I. p. 29. II. p. 47 sq. La Roche, Hom. Textkrit. p. 194 sq. Hom. Untersuch. p. 161 sq. Nauck, Arist. Byz. p. 34. not. 25. Hoffmann, Quaest. Hom. § 43.
[199]) Bekker, Hom. Bl. I. p. 46. 48. sq. La Roche, Hom. Textkrit. p. 310.
[200]) La Roche, Hom. Textkrit. p. 405 sqq. Hom. Untersuch. p. 151 sq. Bekker, Hom. Bl. I. p. 227 sq.
[201]) τεθνηώς *Ρ* 161. τεθνηῶτος *Ι* 633. τεθνηῶτα *Π* 658. *Ρ* 229. *Σ* 537. τεθνηώτων *Η* 409. *Κ* 343. *Π* 16. τεθνηῶτας *Ζ* 71. κατατεθνηῶτος *Η* 89. κατατεθνηῶτι *Π* 526. κατατεθνηώτων *Κ* 587. κατατεθνηῶτας *Σ* 540.
[202]) πεπτηώς ξ 354. χ 362. πεπτηῶτες ξ 474. κεχαρηότα *Η* 312. κεκαφηότα *Ε* 698. ε 468. τετληυῖα υ 23. τετληότι δ 447. 459. ι 435. λ 181. π 37. σ 135. ψ 100. 168. ω 163. τετληότες *Ε* 873. κεκμηώς *Ψ* 232. κεκμηῶτι *Λ* 261. κεκμηῶτα κ 31. κεκμηότας *Λ* 802. τετιηότες *Ι* 695. τετιηότι *Λ* 555.
[203]) Bekker, Hom. Bl. I. p. 228, 15. Steinthal, Gesch. d. Sprachwiss. p. 468. La Roche, Hom. Untersuch. p. 158. Hom. Textkrit. p. 282 sq.
[204]) διδοῖ *Ι* 519. δ 237. ρ 350. διδοῦσι *Β* 255. *Τ* 265. α 313. ρ 450. σ 279. δίδου *Ε* 165. *Ζ* 192. 219. *Λ* 226. *Η* 305. *Θ* 129. *Ι* 334. *Κ* 260. *Ν* 641. *Ρ* 130. 596. *Χ* 277. *Ψ* 897. γ 58. ϑ 63 sq. λ 289. σ 191. 323. χ 236.

μένως ἀναγινώσκει παρὰ τὸ ἔΐσκω ἐκδεξάμενος. Uerbum ἐΐσκω legitur apud Homerum Γ 197. Ε 181. Ω 371. ζ 152. ϑ 159. ἐΐσκομεν Ν 446. Φ 332. ι 321. λ 363. ἐΐσκεις δ 148. ν 313. π 187. ἐΐσκει. υ 362. ἤϊσκεν. δ 247. ἤϊκτο. δ 796. ν 288. π 157. υ 31. Ψ 107. Uituperatur Aristarchus ab Herodiano, qui cum Alexione et Ptolemaeo Ascalonita ἴσκοντες legentibus sentit, nam uerba in σκω, Herodianus ait, in paenultima diphthongum nullam habent, quae quidem audiatur (quod addidit propter ϑνήσκω ϑρῴσκω, ut La Rochius Hom. Textkrit. p. 245. suspicatur) nisi diphthongum αυ e. g. πιφαύσκω. Deinceps Herodianus memorabilem dat uerbi ἴσκω explicationem hoc modo: uerbum ἴσκω ex uerbi εἴδω futuro εἴσω ductum est, ita enim ut ἐπενϑέσει literae κ euaserit εἴσκω ut μεϑύσω μεϑύσκω δράσω δράσκω; dein per diaeresin ἐΐσκω atque reiecta prima uocali ἴσκω factum, οὕτως οὖν, pergit, καὶ τὸ ἴσκοντες ὀφείλομεν κατὰ ἀποβολὴν τοῦ ε ἀναγινώσκειν· οὐ γὰρ μέτρον κωλύει. Cui hoc loco non in mentem ueniunt uerba Steinthali: „Man beachte diese völlig äusserliche Betrachtungsweise, die im Alterthum auf keinem Punkte durchbrochen ward“[205]). — Uerbi ἕπεσϑαι Aristarchus aoristum εἵφϑην esse putabat uel ἥφϑην, unde tertia persona ἥφϑη per diaeresin facta esset ἑάφϑη ut ex ἦγη ἐάγη ἥλη ἑάλη ἥλω ἑάλω, quae Trypho addidit ad analogiam stabiliendam teste Herodiano in scholio ad Ν 543. cf. schol. Ξ 419: τὸ δὲ ἑάφϑη ἀπὸ τοῦ ἕπω εἵφϑη ἥφϑη ἑάφϑη. Herodianus laudat formam ἑάφϑη, uerum tamen sententiam Aristarchi et Tryphonis, ἑάφϑη aoristum uerbi ἕπεσϑαι esse reicit. Etenim neque ex εἵφϑη fieri potuit ἑάφϑη, cum diphthongus ει temporum praeteritorum initio per diaeresin fiat εε ut in εἶρτο ἔερτο (ο 460) εἶργνυ ἐέργνυ (κ 238); neque ex ἥφϑη, cum litera uocalis η temporum praeteritorum nunquam in uocales ε et α dissoluatur, ut temporis praesentis prima sit litera ε. Quam ob rem Herodianus cum Tyrannione ἑάφϑη aoristum passiui uerbi ἅπτω esse putat atque idem quod ἥφϑη, quod poëtarum more factum sit ἅφϑη et litera ε adiecta ἑάφϑη. Ammonius[206]) a uerbo ἐῶ ductam esse putauit ἐάφϑη, cuius aoristus fuisset ἐάϑη, quod πλεονασμῷ τοῦ φ factum esset ἐάφϑη[207]). — Ο 10 legitur κηραπινυσσων atque dubitabatur a grammaticis, utrum scribendum κῆρα πινύσσων an κῆρ ἀπινύσσων, quod tradit schol. Ο 10: Ἀρίσταρχος τὸ κῆρ οὐδετέρως ἐκδέχεται καὶ μετοχὴν τὴν ἀπὸ τοῦ α ἀρχομένην. Aristarchum mouit ut ita legeret quod infinitiuus ἀπινύσσειν est apud Homerum in u. ε 342. ζ 258. ut ait scholiasta: διδασκόμενος καὶ ἐξ ἐκείνου τὸ δοκέεις δέ μοι οὐκ ἀπινύσσειν non uideris mihi stupidus esse, quod uerbum in u. Ο 10 bene se habet, ut sit κῆρ ἀπινύσσων mentis non compos. Aristarcho adstipulati sunt Ptolemaeus Ascalonita et Alexio et Herodianus et fere omnes praeter Aristophanem qui legit

---

[205]) Gesch. d. Sprachwiss. p. 479. Lehrs, de Arist. etc. p. 97 sq. ed. II. Buttmann, Lexil. II. 77. p. 7 sqq. ed. II.

[206]) Suidas s. u. Scholl. Β 111. Κ 397 sq. saep. Villoison, Prolegg. p. XXVII. Wolf, Prolegg. p. 237. not. ed. nou. Beccard, de scholl. in Hom. Il. Ven. p. 60. Lehrs, de Arist. stud. Hom. p. 23. ed. II. La Roche, Hom. Textkrit. p. 68. Sengebusch, Diss. Hom. I. p. 31. 123.

[207]) Cramer, Epim. 168, 15. Etym. M. 307, 27. Lehrs, de Arist. stud. Hom. p. 331. Buttmann, Lexil. II. 8. p. 122 ed. II. Steinthal, Gesch. d. Sprachwiss. p. 469. Apollon. Lex. Hom. p. 61, 30. La Roche, Hom. Textkrit. p. 230. Spitzner, Exc. ad Il. XXIV.

κῆρ ἀπινύσκων, cuius uerbi apud Homerum testimonium nusquam. Lectio Aristarchea est apud Apollon. Lex. Hom. p. 38, 27. — Uerbi ἕννυμι personam secundam plusquamperfecti medii in editionibus Aristarchi scripta erat ἕσσο, quod tradit Didymus scholio ad Γ 57 atque Aristarchi rationem haud obscuram affert his: ἕσσο διὰ τῶν δύο σσ εἶχον αἱ Ἀριστάρχου· καὶ οὐ μόνον ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν εἶχον οὕτως, ἀλλὰ καὶ ἐν ἐνίοις λόγος ὑπέκειτο, ὅτι ἀνάλογον ἦν τὸ ἕσσω (π 79) et ἕσσας (ξ 396). Hanc lectionem[208]) laudauerunt Zenodotus et Aristophanes, alios fortasse εἶσο legisse conicit J. Bekkerus in annotatione critica ad Γ 57[209]). — Ut a uerbo τίϑημι imperatiuus est τιϑέντων, ita a δίδημι, quod deriuatum est a δέω ut τίϑημι a ϑέω, Aristarchum duxisse imperatiuum διδέντων testificatur Didymus scholio ad μ 54: δεόντων: Ἀρίσταρχος γράφει διδέντων (sic Porson. correxit Musurus. cod. Harl. διδόντων) ὡς τιϑέντων. — Ualuit etiam in his usus Homerici sermonis. Didymus ad λ 635 tradit haec: ἐξ Ἄϊδος: Ἀρίσταρχος ἐξ Ἀΐδεω (sic. Porson. cod. Harl. ἐδέω). Aristarchus Ἀΐδεω scripsit obseruatione facta apud Homerum hanc uocem semper trisyllabam esse[210]). — Aristarchi sententia erat, Homerum nusquam forma trisyllaba uerbi ἐϑέλειν non uti[211]) cf. Herodianea apud Cramer. An. Ox. III. p. 263, 21: Σημείωσαι ὅτι τὸ παρ' Ὁμήρῳ ἐϑέλω δισύλλαβον οὐχ εὑρίσκεται καὶ διὰ τοῦτο εἰς τὸ Πηλείδ' ἔϑελε οἱ τεχνικοὶ τιϑέασι κορωνίδα, ἵν' ᾖ τρισύλλαβον[212]). Aristarchus igitur legit Πηλειδήϑελ', ut per crasin prima uerbi ἐϑέλω litera uocalis cum uocali antecedenti in unam coalesceret, uid. schol. Herodiani ad Α 277. Haec igitur Aristarchi lectio fuit exceptio praecepti quod tradidit Joannes Charax[213]): ἐν μιᾷ λέξει κατὰ συνέχειαν δύο ὀξείας οἱ παλαιοὶ οὐκ ἐτίϑουν· κακοφωνίαν γὰρ ποιοῦσι[214]). Analogiae causa Aristarchus in u. Ο 317 legit ὅττ' ἐϑέλοιεν (cf. schol. ad h. l.), etsi uocis ὅττι apud Homerum nunquam uocalis ultima eliditur[215]). — Paulo alia ratione ac de qua huc usque egimus, quae nihil spectat nisi exteras uocabulorum formas comparatione similium constituendas scholiastae utuntur proportionis notione his locis: Aristonicus ad Γ 270: μῖσγον — ἔχευαν: ἡ διπλῆ ὅτι Ἀρίσταρχος διὰ τοῦ ο· καὶ ἀναλογεῖ τὸ μῖσγον. Didymi ad Γ 295: ἀφυσσόμενοι: Ἀρίσταρχος διὰ τοῦ ο παρατατικῶς· καὶ ἀναλογεῖ τὸ ἔκχεον. ἄλλοι δὲ διὰ τοῦ α. Eiusdem ad Κ 579: ἀφυσσόμενοι: οὕτως Ἀρίσταρχος, ἄλλοι δὲ ἀφυσσάμενοι· ἔστι κατάλληλον πρὸς τὸ λεῖβον. Haec proportio dicitur de uerborum constructione, etenim cum uerbum alterum temporis imperfecti forma positum esset, alterum illi congruere oportere Aristarchus censuit, porro cum infinitiuos et participia praesentis ad imper-

---

[208]) Duentzer, de Zenod. stud. Hom. p. 62. W. Ribbeck, Philol. VIII. p. 694.

[209]) Addere poterat scholiasta formas analogas: ἕσσω. ρ 550. 557. φ 339. ἕσσο π 199. ἕσσον Π 670. ἕσσει ο 338. ἕσσεν Ε 905. Π 680. η 265. κ 547. ἕσσαι ω 250. ξ 154. ἕσσατο Η 207. Κ 334. ἐέσσατο Κ 23. 177. ξ 529. ἕσσαντο Ξ 350. 383. ω 467. 500. ἑσσάμενος Ξ 282. 372. Τ 233. β 3. δ 299. 308. η 338. υ 125. Ψ 803.

[210]) Porsoni adnot. ad λ 635. Θ 16. κ 512. Hesiod. Theog. 311. Apollon. Rhod. III. 704.

[211]) Scholl. Herodiani ad Α 277. Η 111. Θ 229. Λ 277. γ 272.

[212]) Etym. M. 318. 23. Eustath. p. 104, 45. 800, 28.

[213]) Bekker, An. Gr. III. p. 1149.


[214]) Bekker, Hom. Bl. I. p. 152 sq. Lehrs, de Arist. stud. Hom. p. 362. Quaest. ep. p. 105 not. Wolf, Prolegg. p. 150 not. 32. Autenrieth, ap. Naegelsbach, Anm. z. H. p. 109 ed. III. La Roche, Hom. Textkrit. p. 235.

[215]) Eustath. 1782, 21. Bekker, Hom. Bl. I. p. 150, 5. La Roche. Hom. Unt. p. 122.

fectum aeque atque ad praesens pertinere haud ignoraret, tempori imperfecto uerbi finiti quod uocatur participium adaptauit praesentis, non aoristi, quod scholiasta dicit ἔστι κατάλληλον πρός[216]). Etiam in his igitur Aristarchus analogiam seruandam esse censuit. Omnibus autem de quibus adhuc disputauimus reliquiis librorum Aristarchi euincitur, illorum temporum si reputamus conditionem, summa cum eruditione cautione constantia Aristarchum similitudinis rationem in lingua ualere uoluisse, qua in re nihil profecto tantopere dolendum quam quod ingens ruina optima quaeque opera absumpsit, ut ubicunque pleniorem malimus atque plurium testimoniorum concentu fultam orationem hominum offendant oscitationes uel temporum iniquitas. Luculentissima autem omnium ueterum grammaticorum de uniuersa arte grammatica Aristarchi fuisse merita constat, cuius doctrina feracissima uberrimum edidit fructum atque fundamentum fuit perfectioris qua nunc fruimur uirorum eruditorum industria artis grammaticae.

---

216) Scholl. ad *I* 509. *O* 240. 272. *K* 79. 513. *Ξ* 437. Steinthal, Gesch. d. Sprachwiss. p. 468. 474. Friedlaender, Aristonici reliqu. p. 4.


COLUMBIA UNIVERSITY
0032142196